www.e-rara.ch

# Textus Biblie

## Hieronymus, Sophronius Eusebius

**Lugd[u]n[i], Anno d[omi]ni Millesimo quingentesimo vicesimosexto [1526]**

**Universitätsbibliothek Bern**

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-143682

Incipit Daniel propheta.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

octo et in vndecim libꝛos: de quo
non eſt huius tempoꝛis differere.
Que antē ex hoc ꝓpheta: immo cō
tra hūc librū poꝛphirius obiiciat:
teſtes ſunt methodius: euſebius ⁊
appollinaris: que multis verſuum
milibus eius veſanie rn̄dentes: ne
ſcio an curioſo lectoꝛi ſatiſfecerit
Unde obſecro vos o paula ⁊ euſto
chiuꝫ fundatis pꝛo me ad dominū
pꝛeces: vt quādiu in hoc coꝛpuſcu‑
lo ſum ſcribā aliquid gratūvobis:
vtile eccleſie: dignū poſteris. Pꝛe‑
ſentium quippe iudicijs oblatran
tiuꝫ nō ſatis moueoꝛ: qui in vtrāqꝫ
partē aut amoꝛe labunt aut odio.

¶ Explicit pꝛologus.

¶ Incipit daniel pꝛopheta.

¶ Cap. Summa. ¶ De filijs capti
uis quos elegit nabuchodonoſoꝛ:
et docet eos litteras chaldeoꝛum:
de abſtinentia. Cap. j.



A no
A 4. reg. 24. b. tertio re
gni ioa‑
chim re‑
gis iuda
venit na
buchodo
noſoꝛrex
babylo‑
nis hieru
ſalem: et
obſedit
eam: ⁊ tradidit dn̄s in manu eius
ioachim regem iude: ⁊ partem va
ſoꝛum domus dei: ⁊ aſpoꝛtauit ea
in terrā ſennaar in domū dei ſui:
⁊ vaſa intulit in domum theſauri
al' aſ phanē dei ſui. Et ait rex † arphaxat ꝑpo
ſito eunuchoꝝ: vt introduceret de
filijs iſrael ⁊ de ſemīe regio ⁊ tyrā
noꝛum pueros in quibus nulla eſ‑
ſet macula: decoꝛos foꝛma: et eru‑
ditos omni ſapientia: cautos ſciē‑
tia: ⁊ doctos diſciplina: ⁊ qui poſ‑
ſent ſtare in palatio regis: vt doce
ret eos litteras ⁊ linguā chaldeo‑
rum. Et cōſtituit eis rex annonam
per ſingulos dies de cibis ſuis ⁊ vi
no vn̄ bibebat ipſe: vt enutriti tri‑
bus annis poſtea ſtarēt in ꝯſpectu
regis. Fuerūt ergo inter eos de fi‑
B lijs iude: daniel: ananias: miſael ⁊
azarias. Et impoſuit eis pꝛepoſi‑
tus eunuchoꝛum nomina: danieli
baltha ſar: ananie † ſidrac: miſaeli al' ſe drach.
miſac: ⁊ azarie abdenago. Pꝛopo Di. 37.
ſuit autem daniel in coꝛde ſuo ne §. ſꝫ eō
pollueretur de mēſa regis: neqꝫ de ⁊ c. q ō
vino potus eius: et rogauit eunu‑ menſa
choꝛum pꝛepoſitū ne cōtaminare‑
tur. Dedit aūt deus danieli gratiā
et miſericoꝛdiam in cōſpectu pꝛin
cipis eunuchoꝛuꝫ. Et ait pꝛinceps
eunuchoꝛum ad danielem. Timeo
ego dominum meum regem q̄ con
ſtituit vobis cibum ⁊ potum. Qui C
ſi viderit vultus veſtros macilētio
res pꝛe ceteris adoleſcētibus coe‑
uis veſtris: condemnabitis caput
meum regi. Et dixit daniel ad ma
laſſar quem conſtituerat pꝛinceps Als †
eunuchoꝛū ſuper † danielē ananiā daniel
miſaelem ⁊ azariā. Tenta nos ob
ſecro ſeruos tuos diebus decem et
dentur nobis legumina ad veſcen
dum: ⁊ aqua ad bibendum: ⁊ con‑
templare vultus noſtros ⁊ vultus
pueroꝛū qui veſcunt cibo regio ⁊ ſi
cut videris: facies cuꝫ ſeruis tuis.
Qui audito ſermone huiuſcemodi
tentauit eos diebus decem. Poſt
dies autē decem apparuerunt vul
tus eoꝛū melioꝛes ⁊ coꝛpulētioꝛes
pꝛe omnibus pueris qui veſceban
tur cibo regio. Poꝛro malaſſar tol
lebat cibaria ⁊ vinum potus eoꝝ:
dabatqꝫ eis legumina. Pueris au
tem his dedit deus ſcientiam ⁊ di
ſciplinam in omni libꝛo ⁊ ſapien‑
tia: danieli autē intelligentiā om‑
nium viſionū ⁊ ſomnioꝛū. Cōple‑ D
tis itaqꝫ diebus poſt quos dixerat
rex vt introducerentur: introduxit
eos pꝛepoſitus eunuchoꝛū in con‑
ſpectu nabuchodonoſoꝛ. Cūqꝫ eis
locutus fuiſſet rex: nō ſunt inuenti
tales de vniuerſis vt daniel: ana‑
nias: miſahel et azarias. Et ſtete‑
runt in cōſpectu regis: ⁊ omne ver‑
bum ſapientie ⁊ intellectus quod
ſciſcitatus eſt ab eis rex: inuenit in
eis decuplū ſup cūctos arioloſ et
magos qui erāt in vniuerſo regno
eius. Fuit aūt daniel vſqꝫ ad annū
pꝛimum cyꝛi regis.
¶ Ca. Sū. ¶ De ſomno nabucho‑
donoſoꝛ ꝙ fugit ab eo: de ſapienti

bus occidēdis: de oratione danie-
lis: ⁊ interp̄tatione ſomnij. Ca. ij.
A In anno ſecundo regni nabu
chodonoſor vidit nabucho-
donoſor ſomnium: et conterritus
eſt ſpūs eius: ⁊ ſomniū eius fugit
ab eo. Precepit aūt rex vt cōuoca-
rentur arioli ⁊ magi ⁊ malefici et
chaldei: vt indicarēt regi ſomnia
ſua. Qui cū veniſſent ſteterūt corā
rege: ⁊ dixit ad eos rex. Uidi ſom-
nium: ⁊ mēte cōfuſus ignoro quid
viderim. Rñderuntq; chaldei regi
al's +e ſyriace. Rex in + ſempiternū viue.
ſeruū Dic ſomniū ſeruis tuis: ⁊ interpre
tationē eius indicabimus. Et re-
ſpondēs rex ait chaldeis. Sermo
receſſit a me. Niſi īdicaueritis mi
hi ſomniū ⁊ ꝯiecturā eius: peribi-
tis vos: ⁊ domus veſtre publicabū
tur. Si aūt ſomniū ⁊ ꝯiecturā eiꝰ
narraueritis: p̄mia ⁊ dona ⁊ hono
rem multū accipietis a me. Som
nium igit̄ ⁊ interp̄tationē eius in-
dicate mihi. Rñderūt ſecūdo atq;
B dixerūt. Rex ſomniū dicat ſeruis
ſuis: ⁊ interpretationē ei indicabi
mus. Rñditq; rex et ait: certe noui
ꝙ tp̄s redimitis: ſciētes ꝙ receſſe-
rit a me ſermo. Si ergo ſomnium
non indicaueritis mihi: vna eſt de
vobis ſentētia qđ interp̄tationem
quoq; fallacē ⁊ deceptione plenā
compoſueritis vt loquamini mihi
donec tp̄s pertrāſeat. Somnium
itaq; dicite mihi: vt ſciā ꝙ interp̄-
tationē quoq; eius verā loquami-
ni. Rñdentes ergo chaldei corā re
ge dixerūt. Nō eſt homo ſup̱ terrā
qui ſermonē tuū rex poſſit imple-
re: ſed neq; regū quiſꝙ̄ magnus et
potēs verbū huiuſcemodi ſciſcitat̄
ab omni ariolo ⁊ mago ⁊ chaldeo
Sermo em̄ quē tu queris rex gra-
uis eſt: nec reperiet̄ quiſꝙ̄ qui indi
cet illū in cōſpectu regis: exceptis
dijs quoꝝ nō eſt cū hoībus ꝯuerſa
tio. Quo audito rex in furore et in
ira magna p̄cepit vt perirēt oēs ſa
C piētes babylonis. Et egreſſa ſentē
tia ſapiētes interficiebant̄: quere-
baturq; daniel ⁊ ſocij eius vt peri
rent. Tūc daniel requiſiuit de lege
atq; ſententia ab arioth principe
militie regis: q̄ egreſſus fuerat ad
interficiendos ſapientes babylo-
nis. Et interrogauit eū qui a rege
poteſtatē acceperat: quā ob cauſā
tā crudelis ſententia a facie regis
eſſet egreſſa. Cū ergo rem indicaſ
ſet arioth danieli: daniel ingreſſus
rogauit regē vt tēpus daret ſibi ad
ſolutionē indicandam regi. Et in
greſſus eſt domū ſuam: ananieq; ⁊
miſaeli ⁊ azarie ſocijs ſuis indica
uit negociū vt quererēt miſericor-
diam a facie dei celi ſuper ſacra-
mento iſto: ⁊ nō perirent daniel et
ſocij eius cum ceteris ſapientibus
babylonis. Tunc danieli myſteriū
per viſionem nocte reuelatum eſt.
Et benedixit daniel deum celi: et ps. 113
locutus ait. Sit nomen dñi bene-
dictum a ſeculo ⁊ vſq; in ſeculū:
q2 ſapientia ⁊ fortitudo eius ſunt
et ipſe mutat tempora et etates.
Transfert regna atq; cōſtituit dat
ſapientiā ſapientibus: ⁊ ſcientiā D
intelligentibus diſciplinam. Ipſe
reuelat profunda ⁊ abſcondita: et
nouit in tenebris conſtituta: et lux
cum eo eſt. Tibi deus patrum no-
ſtrorum confiteor: teq; laudo quia
ſapientiam ⁊ fortitudinem dedi-
ſti mihi: ⁊ nunc oſtendiſti mihi que
rogauimus te: quia ſermonem re
gis apuiſti nobis. Poſt hec daniel
ingreſſus ad arioth quem cōſtitue
rat rex vt perderet ſapientes baby
lonis ſic ei locutus eſt. Sapientes
babylōis: ne perdas. Introduc me
in conſpectu regis: ⁊ ſolutionē re-
gi narrabo. Tunc arioth feſtinus
introduxit danielem ad regem: et
dixit ei. Inueni hominem de filijs
transmigrationis iude qui ſolu-
tionem regi annūciet. Reſpondit
rex et dixit Danieli cuius nomen
erat balthaſar. Putas ne vere po-
tes mihi indicare ſomnium quod īfra. c.
vidi: et interpretationem eius. Et
reſpondens daniel coram rege ait
Myſterium quod rex interrogat
ſapientes magi et arioli et aruſpi
ces nequeunt indicare regi: ſed eſt
deus in celo reuelās myſteria qui
indicauit tibi rex nabuchodono-
ſor que ventura ſunt nouiſſimis
temporibus. Somnium tuum et
viſiones capitis tui in cubili tuo

huiuſcemodi ſunt. Tu rex cogita-
E re cepiſti i ſtratu tuo quid eſſet fu-
turum poſt hec: et qui reuelat my-
ſteria oſtēdit tibi que futura ſunt.
Mihi quoq; non in ſapientia que
eſt in me plus q̄ in cunctis viuen-
tibus: ſacramentū hoc reuelatū eſt
ſed vt interpretatio regi manife-
ſta fieret: ⁊ cogitationes mētis tue
ſcires. Tu rex videbas: ⁊ ecce qua-
ſi ſtatua vna grandis. Statua illa
magna et ſtatura ſublimis ſtabat
contra te: ⁊ intuitus eius erat ter-
ribilis. Huius ſtatue caput ex au-
ro optimo erat: pectus autē ⁊ bra-
chia de argēto: porro venter et fe-
mora ex ere: tibie autem ferree: pe-
dum quedā pars erat ferrea que-
dam autē fictilis. Videbas ita do-
al's nō nec abſciſus eſt lapis + de mōte ſi-
hz + de ne manibus: ⁊ percuſſit ſtatuaz in
monte pedibus eius ferreis ⁊ fictilibus ⁊
comminuit eos. Tūc cōtrita ſunt
pariter ferrum teſta es argentum
et aurum ⁊ redacta quaſi in fauil-
lam eſtiue aree que rapta ſunt vē-
to nulluſq; locus inuentus eſt eis.
Lapis autem qui percuſſerat ſta-
tuam factus eſt mons magnus: et
impleuit vniuerſam terram. Hoc
eſt ſomniū. Interpretationē quoq;
F eius dicemus coraz te rex. Tu rex
regum es: ⁊ deus celi regnū ⁊ forti-
tudinē ⁊ imperiū ⁊ gloriam dedit
tibi: ⁊ omnia in quibus habitāt fi-
lij hominuz: ⁊ beſtie agri: volucres
quoq; celi dedit in manu tua ⁊ ſub
ditione tua vniuerſa cōſtituit. Tu
es ergo caput aureū. Et poſt te cō-
ſurget regnū aliud minus te: argē-
teum: ⁊ regnū tertiū aliud ereū qd
imperabit vniuerſe terre: ⁊ regnū
quartum erit velut ferreū. Quomo-
do ferrum cōminuit ⁊ domat om-
nia: ſic comminuet ⁊ conteret om-
nia hec. Porro q2 vidiſti pedum ⁊
digitorum partē teſteam figuli: et
partem ferream: regnum diuiſum
erit: quod tamen de plantario fer-
ri orietur. Secundum quod vidi-
ſti ferrū mixtum teſte ⁊ luto: ⁊ digi-
tos pedū ex parte ferreos ⁊ ex par-
te fictiles: ex parte regnū erit ſoli-
dum: ⁊ ex parte contritū. Qd autez
vidiſti ferrum mixtum teſte ⁊ luto

commiſcebuntur quidez humano
ſemine ſed non adherebunt ſibi: ſi-
cuti ferrū miſceri non poteſt teſte. G
In diebus aūt regnorum illorum
ſuſcitabit deus celi regnum quod
in eternum non diſſipabitur: et re-
gnum eius alteri populo non tra-
detur. Comminuet autem et con-
ſumet vniuerſa regna hec: ⁊ ipſuz
ſtabit in eternum. Secundū quod
vidiſti quod de monte abſciſus eſt
lapis ſine manibus: et comminuit
teſtam ⁊ ferrum ⁊ es et argentum
et aurū: deus magnus oſtendit re-
gi que ventura ſunt poſtea: et verū
eſt ſomniū: ⁊ fidelis interpretatio
eius. Tūc rex nabuchodonoſor ce- ȧ.co.
cidit in faciem ſuam: et danielem
adorauit: ⁊ hoſtias ⁊ incenſum p̄- Gene.
cepit vt ſanctificarēt ei. Loquens 41.c.
ergo rex ait danieli. Uere deus ve-
ſter deus deorū eſt: et dominus re-
gum reuelans myſteria: quoniam
tu potuiſti aperire hoc ſacramen-
tum. Tunc rex danielem in ſubli-
me extulit: ⁊ munera multa et ma-
gna dedit ei. Et conſtituit eū prin-
cipem ſuper omnes prouincias ba-
bylonis: ⁊ prefectum ⁊ magiſtrum
ſuper cunctos ſapientes babylo-
nis. Daniel autem poſtulauit a re-
ge: ⁊ conſtituit ſuper opera prouin-
cie babylonis ſidrac miſac ⁊ abde-
nago. Ipſe autez daniel erat in fo-
ribus regis.

¶ Capi. Hum. ¶ De ſtatua aurea
quam adorare precepit rex: quam
quia non adorauerunt pueri miſſi
ſunt in fornacem: de oratione aza-
rie: de cantico triū puerorū: ⁊ de li-
beratione eoruz: ⁊ qualiter a rege
exaltati ſunt. Cap. iij.

A Nabuchodonoſor rex fecit ſta-
tuam aureā altitudine cubi-
torum ſexaginta: latitudine cubi-
torū ſex ⁊ ſtatuit eā in campo du-
ran prouincie babylōis. Itaq; na-
buchodonoſor rex miſit ad cōgre-
gādos ſatrapas magiſtratus ⁊ iu-
dices: + duces ⁊ tyrānos ⁊ p̄fectos al's +
omneſq; principes regionū vt con-
uenirent ad dedicationem ſtatue
quā erexerat nabuchodonoſor rex
Tunc congregati ſunt ſatrape ma-
giſtratus et iudices: duces: ⁊ tyran

ni et optimates: qui erant in po-
teſtatibus conſtituti: ⁊ vniuerſi p̄n
cipes regionuꝫ: vt conuenirent ad
dedicationem ſtatue quam erexe-
rat nabuchodonoſor rex. Stabāt
autem in conſpectu ſtatue quā po
ſuerat nabuchodonoſor rex: ⁊ pre
co clamabat valenter. Uobis dici
tur populis: tribubus ⁊ linguis: in
hora qua audieritis ſonitū tube ⁊
fiſtule ⁊ cythare ⁊ ſambuce ⁊ pſal
terij ⁊ ſymphonie ⁊ vniuerſi gene-
al's ✝ a ris muſicorum cadentes ✝ adora-
dorat̄ te ſtatuam ✝ auream quam conſti
al's nō tuit Nabuchodonoſor rex. Si q̄s
hꝫ ✝ autem nō proſtratus adorauerit:
aureā. eadē hora mitteꝛ in fornacē ignis
ardentis. Poſt hec igitur ſtatim vt
audierūt oēs populi ſonitū tube: fi
ſtule ⁊ cythare: ſambuce ⁊ pſalterij
ſymphonie ⁊ omnis generis muſi
corum cadētes omnes populi: tri-
bus ⁊ lingue adorauerunt ſtatuaꝫ
auream quā conſtituerat nabucho
donoſor rex. Statimqꝫ in ipſo tē-
pore accedētes viri chaldei accuſa
uerunt iudeos: dixerūtqꝫ nabucho
B donoſor regi. Rex in eternum viue
s̄. 2. a. Tu rex poſuiſti decretuꝫ vt omnis
s̄. 3. b homo qui audierit ſonitum tube
j. 6. b fiſtule ⁊ cythare: ⁊ ſambuce ⁊ pſal
terij ⁊ ſymphonie: ⁊ vniuerſi gene
ris muſicorum proſternat ſe ⁊ ado
ret ſtatuam auream. Si quis au-
tem non procidēs adorauerit: mit
tatur in fornacem ignis ardentis.
Sunt ergo viri iudei quos conſti-
tuiſti ſuper opera regionis babylo
al' ✝ ſe nie ✝ ſidrac miſac ⁊ abdenabo: vi-
drach. ri iſti contempſerunt rex decretuꝫ
tuum. Deos tuos non colunt: ⁊ ſta
tuam auream quā erexiſti nō ado
rant. Tunc nabuchodonoſor in fu
rore ⁊ ira precepit vt adducerētur
ſidrac miſac ⁊ abdenago. Qui con
feſtim adducti ſunt in cōſpectu re
gis. Pronuncianſqꝫ nabuchodono
ſor rex ait eis. Uere ne ſidrac mi-
ſac ⁊ abdenago deos meos nō co-
litis ⁊ ſtatuam auream quam con
ſtitui non adoratis? Nunc ergo ſi
eſtis parati: quacunqꝫ hora audie-
ritis ſonitū tube fiſtule cythare ⁊
ſambuce ⁊ pſalterij ⁊ ſymphonie:
omniſqꝫ generis muſicorum pro-
ſternite vos et adorate ſtatuā quā
feci. Qđ ſi non adorauerit is: eadē
hora mittemini in fornaceꝫ ignis
ardentis. Et quis eſt deus qui eri-
piat vos de manu mea. Reſpondē
tes ſidrac miſac ⁊ abdenago: dixe
runt regi nabuchodonoſor. Non
oportet nos de hac re reſpondere
tibi. Ecce enim deus noſter quem
colimus pōt eripere nos de cami-
no ignis ardentis: et de manibus
tuis o rex liberare. Qđ ſi noluerit:
notum ſit tibi rex qꝛ deos tuos nō
colimus: ⁊ ſtatuā auream quā ere E
xiſti nō adoramus. Tūc nabucho-
donoſor repletus eſt furore: ⁊ aſpe
ctus faciei illius immutatus eſt ſu
per ſidrac miſac et abdenago. Et
p̄cepit vt ſuccēderet fornax ſeptu-
plum ꝙ ſuccendi cōſueuerat ⁊ vi-
ris fortiſſimis de exercitu ſuo iuſ-
ſit vt ligatis pedibus ſidrac miſac
⁊ abdenago mitterēt eos in forna
cem ignis ardētis. Et cōfeſtim vi-
ri illi vincti cū brachis ſuis ⁊ thia
ris et calciamentis ⁊ veſtibus: miſ
ſi ſunt in medium fornacis ignis
ardentis. Nam iuſſio regis vrge-
bat. Fornax autem ſuccenſa erat
nimis. Porro viros illos qui mi-
ſerāt ſidrach miſac ⁊ abdenago in
terfecit flamma ignis. Uiri auteꝫ
hi tres ideſt ſidrac miſac ⁊ abdena
go ceciderūt i medio camini ignis
ardētis colligati. ¶ Que ſequūtur
in hebreis voluminibus nō reppe
ri. Et ambulabāt in medio flāme
laudātes deū: ⁊ benedicētes dn̄o.
Stās aūt azarias orauit ſic. Ape-
rienſqꝫ os ſuū in medio ignis ait. īfra. e.
Benedictus es dn̄e deus patrū no
ſtrorū: ⁊ laudabile ⁊ glorioſum no
men tuuꝫ in ſecula: qꝛ iuſtus es in
oībus que feciſti nobis: ⁊ vniuerſa
opa tua vera: ⁊ vie tue recte: ⁊ oīa
iudicia tua vera. Judicia em̄ vera
feciſti iuxta omnia que induxiſti
ſuper nos ⁊ ſuper ciuitateꝫ ſanctā
patrū noſtrorū hieruſalē: qꝛ in veri
tate et in iudicio induxiſti omnia 3. reg.
hec propter peccata noſtra. Pecca 8. c.
uimus enim ⁊ inique egimus rece
dentes a te: ⁊ deliquimus in omni
bus: ⁊ precepta tua nō audiuimus
nec obſeruauimus: nec fecimus

ſicut preceperas nobis: vt bene no
bis eſſet. Omnia ergo que induxi-
ſti ſuper nos: ⁊ vniuerſa que feciſti
nobis in vero iudicio feciſti: ⁊ tra-
didiſti nos in manibus inimicorū
noſtrorum iniquorum ⁊ peſſimoꝝ
preuaricatorumq́ꝫ ⁊ regi iniuſto et
peſſimo vltra omnem terram. Et
D nunc nō poſſumus aperire os. Cō-
fuſio et opprobrium facti ſumus
ſeruis tuis: ⁊ his qui colebant te.
Als ✝ Ne queſumus tradas nos in ✝ per
oppro petuum propter nomen tuum: ⁊ ne
brium diſſipes teſtamentum tuum: neq́ꝫ
auferas miſericordiam tuam a no
bis propter habraam dilectū tuū:
⁊ iſaac ſeruum tuum: ⁊ iſrael ſan-
ctum tuum: quibus locutus es pol
licens ꝙ multiplicares ſemen eo-
rum ſicut ſtellas celi: ⁊ ſicut arenā
que eſt in littore maris: qꝛ domine
imminuti ſumus pluſq́ꝫ omnes gē
tes: ſumuſq́ꝫ humiles in vniuerſa
terra hodie propter peccata noſtra
Et nō eſt in tempore hoc princeps
⁊ dux ⁊ propheta: neq́ꝫ holocauſtuꝫ
neq́ꝫ ſacrificium neq́ꝫ oblatio neq́ꝫ
incenſum neq́ꝫ locus primitiaruꝫ
coram te: vt poſſimus inuenire mi
ſericordiaꝫ tuam: ſed in animo cō
trito ⁊ ſpiritu humilitatis ſuſcipia
mur. Sicut in holocauſto arietum
⁊ thauroꝝ: ⁊ ſicut in milibus agno
rum pinguium: ſic fiat ſacrificium
noſtrum in conſpectu tuo hodie vt
placeat tibi: quoniam non eſt con-
fuſio confidentibus in te. Et nunc
ſequimur te in toto corde: ⁊ time-
mus te ⁊ querimus faciem tuam.
Ne confundas nos: ſed fac nobiſcū
iuxta manſuetudinem tuam: et
ſm̄ multitudineꝫ miſericordie tue
Et erue nos in mirabilibus tuis: ⁊
da gloriam nomini tuo domine: et
confundātur omnes qui oſtendūt
ſeruis tuis mala. Confundātur in
omnipotentia tua: ⁊ robur eorum
ꝯteratur: ⁊ ſciant qꝛ tu eſt dn̄s deꝰ
ſolus: ⁊ glorioſus ſuper orbem ter
rarum. Et non ceſſabant qui miſe
E rat eos miniſtri regis ſuccendere
fornacem napta ⁊ ſtuppa ⁊ pice et
malleolis: ⁊ effundebatur flamma
ſuper fornaceꝫ cubitis quadragin
ta nouē: ⁊ erupit ⁊ incēdit quos rep-
perit iuxta fornacem de chaldeis.
Angelus aut domini deſcendit cū
azaria ⁊ ſociis eius in fornacem.
Et excuſſit flammam ignis de for
nace: ⁊ fecit mediū fornacis quaſi
ventū roris flantem: ⁊ non tetigit
eos omnino ignis neq́ꝫ contriſta-
uit: nec quicq́ꝫ moleſtie intulit. Tūc
hi tres quaſi ex vno ore laudabant
⁊ glorificabant ⁊ benedicebāt deū
in fornace dicētes. Benedictus es S.co.
dn̄e deus patrū noſtroꝝ: ⁊ laudabi
lis ✝ ⁊ glorioſus ⁊ ſuperexaltatus Als ✝
in ſecula. Et benedictū nomen glo nō hꝫ
rie tue ſanctū: ⁊ laudabile ⁊ ſuper glori
exaltatū in omnibus ſeculis. Bn̄- ſus
dictus es in templo ſancto glorie
tue ⁊ ſuper laudabilis ⁊ ſuper glo
rioſus in ſecula. Benedictus es in
throno regni tui: ⁊ ſuperlaudabi-
lis ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. Bn̄
dictus es qui intueris abyſſos ⁊ ſe
des ſuper cherubim: ⁊ laudabilis ⁊
ſuperexaltatus in ſecula. Bn̄dictꝰ
es in firmamento celi: ⁊ laudabi-
lis ⁊ glorioſus in ſecula. Bn̄dicite
oīa opera dn̄i dn̄o: laudate ⁊ ſu-
perexaltate eū in ſecula. Bn̄dicite
angeli dn̄i dn̄o: laudate ⁊c. Bn̄di-
cite celi dn̄o: lauda. Bn̄dicite aque
omnes que ſuper celos ſunt dn̄o:
lau. Benedicite om̄es virtutes dn̄i ps.148
dn̄o: lau. Benedicite ſol ⁊ luna dn̄o
lau. Benedicite ſtelle celi dn̄o: lau
da. Benedicite ✝ imber ⁊ ros dn̄o: Als ✝
lau. Benedicite om̄is ſpūs dei dn̄o oīs
lau. Benedicite ignis ⁊ eſtus domi
no: lau. Benedicite frigus ⁊ eſtas
dn̄o: lauda. Benedicite rores et ✝ Als ✝
pruina dn̄o: lau. Benedicite gelu ⁊ pruine
frigus domino: laudate. Benedici
te glacies ⁊ niues domino: lauda.
Benedicite noctes ⁊ dies domino:
lauda. Bn̄dicite lux ⁊ tenebre dn̄o
lauda. Benedicite fulgura ⁊ nubes
dn̄o: lauda. Bn̄dicat terra dominū
laudet ⁊ ſuperexaltet eū in ſecula.
Bn̄dicite mōtes ⁊ colles dn̄o: lau.
Bn̄dicite vniuerſa germinantia in
terra dn̄o: lauda. Bn̄dicite fontes
domino: lauda. Bn̄dicite maria et
flumina domino: lauda. Bn̄dicite
cete ⁊ oīa que mouentur in aquis
dn̄o: lau. Bn̄dicite oēs volucres ce
li dn̄o: lau. Bn̄dicite om̄es beſtie ⁊
pecora

pecora dño:lau. Bñdicite filij ho-
minuz domino:lauda. Benedicat
iſrael dñm:laudet ⁊ ſuperaltet eū
in ſecula. Bñdicite ſacerdotes do
mini dño:lau. Benedicite ſerui do
mini domino:lauda. Bñdicite ſpi
ritus ⁊ anime iuſtoꝝ dño:lauda.
Benedicite ſancti ⁊humiles corde
dño. Bñdicite anania azaria mi-
ſael dño : laudate ⁊ ſuperexaltate
eum in ſecula. Qui eruit nos de in-
ferno:⁊ ſaluos fecit de manu mor-
tis:⁊ liberauit nos de medio ardē
tis flamme:⁊ de medio ignis eruit
nos. Confitemini domino quoniā
bonus:quoniam in ſeculum miſe-
ricordia eius. Benedicite oēs reli-
gioſi domino deo deoꝝ: laudate et
confitemini ei qꝛ in omnia ſecula
miſericordia eius. ¶ Huc vſqꝫ in
hebreo nō habetur: ⁊ que poſuimꝰ
de theodotionis editione tranſla-
ta ſunt. Tūc nabuchodonoſor rex
obſtupuit:⁊ ſurrexit propere: ⁊ ait
optimatibus ſuis. Nonne tres vi-
ros miſimus in medio ignis cōpe-
ditos? Qui reſpondentes regi dixe
al✠nō runt. Uere rex. Reſpōdit ✠ rex ⁊ ait
hꝫ rex Ecce ego video quattuor viros ſo-
G lutos ⁊ ambulātes in medio ignis
⁊ nihil corruptionis in eis eſt:⁊ ſpe
cies quarti ſimilis filio dei. Tunc
acceſſit rex nabuchodonoſor ad
oſtium fornacis ignis ardentis: et
ait. Sidrac miſac ⁊ abdenago ſer
ui dei excelſi :egredimini ⁊venite.
Statimqꝫ egreſſi ſunt ſidrac mi-
ſac et abdenago de medio ignis.
Et cōgregati ſatrape magiſtratus
⁊ iudices ⁊ potentes regis contem
plabantur viros illos:quoniam ni
hil poteſtatis habuiſſet ignis ī cor
poribus eoꝝ:⁊ capillus capitis eo
rum non eſſet aduſtus:⁊ ſaraballa
eoꝝ non fuiſſent immutata ⁊odor
ignis nō tranſiſſet per eos. Et erū-
pens nabuchodonoſor ait. Bene-
al✠nō dictus deus deoruz ſidrac ✠ videli
hꝫ vi- cet miſac ⁊abdenago:qui miſit an
deli- gelum ſuum:⁊ eruit ſeruos ſuos q̇
cet crediderunt in eum : ⁊ verbū regis
immutauerunt ⁊tradiderūt corpo
ra ſua ne ſeruirent ⁊ ne adorarent
oēm deum excepto deo ſuo. A me
ergo poſitū eſt hoc decretuz: vt oīs
populus:tribus:⁊ lingua quecunqꝫ
locuta fuerit blaſphemiam contra di.9.c.
deum ſidrac miſac ⁊ abdenago di- j.11.q.
ſpereat:⁊ domus eius vaſtetur. Ne 3.c.im
qꝫ eñ eſt alius deus : qui poſſit ita pera-
ſaluare. Tunc rex promouit ſidrac tores
miſac ⁊abdenago in prouincia ba 23.q.4
bylonis. Nabuchodonoſor rex om ca.qñ
nibus populis gentibus ⁊ linguis vult.c.
qui habitant in vniuerſa terra:pax nō ine
vobis multiplicetur. Signa ⁊ mi- nit.c.
rabilia fecit apud me deus excel- nabu-
ſus. Placuit ergo mihi predicare chodo
eius ſigna qꝛ magna ſunt :⁊ mira- ſor.
bilia eius qꝛ fortia:⁊ regnum eius j.7.d.
qꝛ regnum ſempiternū ⁊ poteſtas
eius in generatiōe ⁊ generationē.
¶ Ca. Sum. ¶ Aliud ſomnium re
gis ⁊ de interpretatione danielis:
de amiſſione regni et habitatione
eius cum beſtijs:comeditqꝫ fenum
vt bos:⁊ reſtitutione propter peni-
tentiam regis:⁊ de arbore. Ca. iiij.

Ego nabuchodonoſor quietus A
eram in domo mea:⁊ florens
in palatio meo. Somniuz vidi qđ
perterruit me: ⁊ cogitationes mee
in ſtratu meo:⁊ ✠ viſiones capitis Als ✠
✠ mei conturbauerunt me. Et per viſio.
me propoſitum eſt decretum vt in- Als ✠
troducerentur in cōſpectu meo cū- nō hꝫ
cti ſapientes babylonis:⁊ vt ſolu- mei
tionē ſomnij indicarent mihi. Tūc
ingrediebantur arioli magi chal-
dei ⁊ aruſpices:⁊ſomnium narra
ui in conſpectu eorum:⁊ ſolutionē
eius non indicauerūt mihi : donec
collega ingreſſus eſt in conſpectu
meo daniel : cui nomen balthaſar
ſm nomen dei mei qui habet ſpiri
tum deoruz ſanctoꝝ in ſemetipſo:
⁊ ſomnium corā ipſo locutus ſum
Balthaſar princeps arioloꝝ quo-
niam ego ſcio ꝙ ſpiritum ſanctoꝝ
deorum habeas in te:⁊omne ſacra
mentum non eſt impoſſibile tibi vi
ſiones ſomniorum meorum quas
vidi:⁊ ſolutionem earū narra. Ui-
ſio capitis mei ī cubiculo meo. Ui B
debant:⁊ ecce arbor ī medio terre:
⁊ altitudo eius nimia. Magna ar
bor ⁊ fortis:⁊ pceritas eius cōtin-
gens celū. Aſpectus illius erat vſqꝫ
ad terminos vniuerſe terre. Folia
eius pulcherrima:⁊fructus eius ni

mius:⁊ eſca vniuerſoꝝ in ea. Sub
ter eam habitabant animalia ⁊ be
ſtie:⁊ in ramis eius conuerſabant
volucres celi:⁊ ex ea veſcebatur om
Als ✝ Sicvi dedā. nis caro. ✝ Uidebam in viſione ca
pitis mei ſuper ſtratum meum : et
ecce vigil ⁊ ſanctus de celo deſcen
dit:clamauit foꝛtiter ⁊ ſic ait. Suc
cidite arboꝛem ⁊ pꝛecidite ramos
eius:excutite folia eius ⁊ diſpergi
te fructus eius : fugiant beſtie que
C ſubter eam ſunt: ⁊ volucres de ra⸗
mis eius. Uerumtamen germē ra
dicum eius in terra ſinite:⁊ allige
tur vinculo ferreo ⁊ ereo in herbis
que foꝛis ſunt:⁊ roꝛe celi tingatur
⁊ cum feris pars eius in herba ter
re. Coꝛ eius ab humano commute
tur:⁊ coꝛ fere detur ei: ⁊ ſeptem tē
poꝛa mutentur ſuper eum . In ſen
tentia vigilum decretum eſt :⁊ ſer⸗
mo ſanctoꝛum ⁊ petitio donec co⸗
gnoſcant viuentes:quoniam domi
natur excelſus in regno hominum
⁊ cuicunq; voluerit dabit illud : et
al ✝ cō ſtituet ſup eo humilimum hominem ✝ conſtitue
rit ſuper eum . Hoc ſomnium vidi
ego nabuchodonoſoꝛ rex. Tu ergo
balthaſar interpꝛetationem nar⸗
ra feſtinus:q2 omnes ſapientes re
gni mei non queunt ſolutionē edi
cere mihi. Tu autem potes:q2 ſpi⸗
Als ✝ cui. ritus deoꝛum ſanctoꝛum in te eſt.
Tunc daniel ✝ cuius nomen bal⸗
thaſar cepit intra ſemetipſum ta⸗
citus cogitare quaſi vna hoꝛa : et
cogitationes eius conturbabant
eum . Reſpondens autem rex ait.
D Balthaſar: ſomnium ⁊ interpꝛeta
tio eius non conturbent te. Reſpō
al ✝ in terp̄ta tiones dit balthaſar:⁊ dixit. Dn̄e mi ſom⸗
nium his qui te oderunt:⁊ ✝ inter⸗
pꝛetatio eius hoſtibus tuis ſit. Ar⸗
boꝛem quam vidiſti ſublimen atq;
robuſtā: cuius altitudo pertingit
ad celum:⁊ aſpectus illius in om⸗
nem terram:⁊ rami eius pulcherri
mi:⁊ fructus ei⁹ nimius:⁊ eſca om
nium in ea:ſubter eam habitantes
beſtie agri:⁊ in ramis eius commo
al ✝ q2 rātes aues celi:tu es rex ✝ qui ma⸗
gnificatus es ⁊ inualuiſti:⁊ magni
tudo tua creuit ⁊ peruenit vſq; ad
celum:⁊ poteſtas tua et terminos
vniuerſe terre. Qđ autem vidit rex
vigilem et ſanctum deſcendere de
celo ⁊ dicere:ſuccidite arboꝛem et
diſſipate illam : attamen germen
radicum eius in terra dimittite et
vinciatur ferro ⁊ ere in herbis fo⸗
ris:⁊ roꝛe celi conſpergatur ⁊ cum
feris ſit pabulum eius donec ſeptē
tempoꝛa mutentur ſuper eū. Hec E
eſt interpꝛetatio ſententie altiſſi⸗
mi :que peruenit ſuper dominum
meum regem. Eiicient te ab homi
nibus:⁊ cum beſtiis feriſq; erit ha
bitatio tua : ⁊ fenum vt bos come⸗
des :⁊ roꝛe celi infunderis. Septē Job.
quoq; tempoꝛa mutabuntur ſuper 40.b.
te:donec ſcias q̄ dominetur excel⸗ ſ.5.f.
ſus ſuper regnum hominum:⁊ cui ſ. eod.
cūq; voluerit det illud . Qđ autem
pꝛecepit vt relinqueretur germen
radicum eius id eſt arboꝛis: regnū
tuū tibi manebit poſtq̄ cognoue⸗
ris poteſtatem eſſe celeſtē. Quam⸗
obꝛem rex conſiliū meum placeat
tibi:⁊ peccata tua elemoſynis redi
me:⁊ iniquitates tuas miſericoꝛ⸗
diis paupeꝝ:foꝛſitan ignoſcet de⁹ al ✝ nō
delictis tuis. Omnia ✝ hec venerūt hꝫ hec
ſuper nabuchodonoſoꝛ regē. Poſt F
finem menſium duodecim in au⸗
la babylonis deābulabat. Reſpon
ditq; rex ⁊ ait. Nōne hec eſt babylō
ciuitas magna quam ego edifica⸗
ui in domum regni in roboꝛe foꝛti
tudinis mee:⁊ in glīa decoꝛis mei?
Cumq; ſermo adhuc eſſet in oꝛe re
gis:vox de celo ruit. Tibi dicit na⸗ ſ. eod.
buchodonoſoꝛ rex. Regnū tuū tran
ſibit a te:⁊ ab hominibus eiiciēt te
⁊ cum beſtiis ⁊ feris erit habitatio
tua: fenū quaſi bos comedes ⁊ ſe⸗
ptē tēpoꝛa mutabunt ſuper te: do
nec ſcias q̄ dominet excelſus in re
gno hominū:⁊ cuicūq; voluerit det
illud. Eadē hoꝛa ſmo cōpletus eſt
ſuper nabuchodonoſoꝛ: ⁊ ex hoīb⁹
abiectus eſt:⁊ fenū vt bos comedit
⁊ roꝛe celi coꝛpus ei⁹ infectū eſt do
nec capilli eius in ſimilitudinē aq
larum creſcerēt:⁊ vngues ei⁹ quaſi G
vngues auiū. Igit poſt finē dierum
ego nabuchodonoſoꝛ oculos meos ſ.7.d.
ad celū leuaui ⁊ ſenſus meus red⸗
ditus eſt mihi ⁊ altiſſimo bn̄dixi:⁊
viuentē i ſempiternū laudaui ⁊ glo
rificaui : q2 poteſtas eius poteſtas

ſempiterna:⁊ regnū eius in gene-
al'+ fe ratione ⁊ generatione:⁊ oēs habi-
cit. tatoꝛes terre apud eū in nihilū re-
17.q.4 putati ſunt. Iuxta voluntatē enim
ca.mi- ſuam + facit tā in virtutibus celi
roꝛ. ꝙ in habitatoꝛibus terre:⁊ non eſt
23.q.5 qui reſiſtat manui eius et dicat ei:
c.ſi.26 quare feciſti. In ipſo tempoꝛe ſen-
q.5.c.1 ſus meus reuerſus eſt ad me :⁊ ad
de pe. honoꝛē regni mei decoꝛēꝗ perue-
di.1.c. ni:⁊ figura mea reuerſa eſt ad me:
deniꝗ ⁊ optimates mei ⁊ magiſtratꝰ mei
⁊.c.ꝙ- requiſierūt me: ⁊ in regno meo re-
obrez. ſtitutus ſum:⁊ magnificentia am-
24.qō plioꝛ addita eſt mihi. Nūc igit̄ ego
4.c.na nabuchodonoſoꝛ laudo ⁊ magnifi
bucho co ⁊ gloꝛifico regē celi: qꝛ oīa ope-
dono- ra eius vera:⁊ oēs vie eius iudicia
ſoꝛ. ⁊ gradientes in ſuperbia poteſt hu
miliare.

¶ Ca. Sum. ¶ Balthaſar bibens
in vaſis tēpli:vidit manum ſcribē-
tem ī pariete:mane thetel phares:
⁊ iuxta interpꝛetationem danielis
perdidit regnum:⁊ ſucceſſit ei da-
rius. Ca. v.

A BAlthaſar rex fecit grande cō
uiuiū optimatibus ſuis mil-
le: ⁊ vnuſquiſꝗ ſm̄ ſuam bibebat
etatem. Precepit ergo iam temu-
lentus:vt afferrent vaſa aurea ⁊ ar
gentea:que aſpoꝛtauerat nabucho
donoſoꝛ pater eius de templo qđ
fuit in hieruſalē:vt biberēt in eis
rex ⁊ optimates eius:vxoꝛeſꝗ eius
⁊ cōcubine. Tunc allata ſunt vaſa
aurea que aſpoꝛtauerat de templo
Al's + qđ fuerat in hieruſalem: + ⁊ bibe-
vt bibe runt in eis rex ⁊ optimates eiꝰ vxo
rent res ⁊ cōcubine illius. Bibebant vi-
num ⁊ laudabāt deos ſuos aureos
⁊ argēteos ⁊ ereos ferreos ligneoſ
ꝗ ⁊ lapideos. In eadem hoꝛa ap-
paruerunt digiti quaſi manus ho-
B minis ſcribētis contra candelabrū
ī ſuperficie parietis aule regie. Et
rex aſpiciebat articulos manꝰ ſcri
bentis. Tūc facies regis cōmutata
eſt:⁊ cogitationes eius cōturbabāt
eū:⁊ compages renum eius ſolue-
bantur:⁊ genua eius ad ſeinuicem
collidebant̄. Exclamauit itaꝗ rex
foꝛtiter vt ītroducerēt magos chal
deos ⁊ aruſpices. Et pꝛoloquens
rex ait ſapiētibus babylonis. Qui-
cūꝗ legerit ſcripturā hāc: ⁊ interp̄
tationem eius manifeſtā mihi fece
rit:purpura veſtiet̄:⁊ toꝛquē aureā
habebit in collo : et tertius in re-
gno meo erit. Tūc ingreſſi oēs ſa-
pientes regis nō potuerūt nec ſcri-
pturā legere:nec interpꝛetationem
eiꝰ indicare regi. Unde rex baltha
ſar ſatis cōturbatus eſt : et vultus
illius immutatus eſt. Sed ⁊ opti- C
mates eius turbabant̄. Regina aūt
pꝛo re que acciderat regi ⁊ optima
tibus eiꝰ domū cōuiuij ingreſſa eſt:
⁊ ploquens ait. Rex in eternū viue
Nō te conturbēt cogitationes tue:
neꝗ facies tua immutetur. Eſt vir s̄.2.a ⁊
in regno qui ſpiritū deoꝝ ſanctoꝝ s̄.3.b ⁊
habet in ſe : ⁊ in diebus patris tui 1.6.b.
ſciētia ⁊ ſapiētia inuēte ſunt in eo
Nam ⁊ rex nabuchodonoſoꝛ pater
tuus pꝛincipē magoꝝ incantatoꝝ
chaldeoꝝ ⁊ aruſpicū cōſtituit eū.
Pater inꝗ tuus o rex:qꝛ ſpūs am-
plioꝛ ⁊ pꝛudētia intelligētiaꝗ ⁊ in
terp̄tatio + ſomnioꝝ + ⁊ oſtēſio ſe Al's + ſermo
cretoꝝ ac ſolutio ligatoꝝ inuente num.
ſunt in eo:hoc eſt ī daniele:cui rex Al's +
poſuit nomē balthaſar. Nūc itaꝗ nō hz ⁊
daniel vocet̄ ⁊ interpꝛetationē nar D
rabit. Igit̄ introductus eſt daniel
coꝛā rege. Ad quē pꝛefatus rex ait.
Tu es daniel de filijs captiuitatis
iude:quē adduxerat pater meꝰ rex
de iudea. Audiui de te qm̄ ſpiritū
deoꝝ habeas:⁊ ſciētia intelligētia
ꝗ ac ſapiētia amplioꝛes inuēte ſūt
in te. Et nūc ītrogreſſi ſunt in ꝯſpe
ctu meo ſapiētes magi vt ſcriptu-
rā hāc legerēt: ⁊ interp̄tationē eiꝰ
indicarēt mihi ⁊ nequerūt ſenſum
huius ſmonis edicere. Poꝛro ego
audiui de te ꝙ poſſis obſcura īter
p̄tari:⁊ ligata diſſoluere. Si ergo
vales ſcripturā legere ⁊ interp̄ta-
tionē eiꝰ īdicare mihi: purpura ve
ſtieris:⁊ toꝛquē aureā circa collum
tuū habebis:⁊ tertiꝰ ī regno meo p̄n
ceps eris. Ad quē rn̄dēs daniel:ait E
coꝛā rege. Munera tua ſunt tibi:⁊
dona domus tue alteri da:ſcriptu-
ram aūt legā tibi rex:⁊ interpꝛeta-
tionē eius oſtendā tibi. O rex:deus
altiſſimus regnum ⁊ magnificen-
tiam gloꝛiam ⁊ honoꝛem dedit na
buchodonoſoꝛ p̄ri tuo:⁊ pꝑter ma-

gnificētiā quā dederat ei vniuerſi
populi tribus et lingue tremebāt
et metuebant eū. Quos volebat in
terficiebat: quos volebat ꝑcutie-
bat: quos volebat exaltabat: et q̊s
volebat hmiliabat. Quādo autem
eleuatuꝫ eſt coꝛ eius: ⁊ ſpūs illius
obfirmat⁹ eſt ad ſuperbiam: depo
ſitus eſt de ſolio regni ſui: et glo-
ria eius ablata eſt: ⁊ a filijs homi
F nū eiectus eſt. Sed ⁊ coꝛ eius cum
ſupꝛa. beſtijs poſitū eſt: ⁊ cū onagris erat
4. c. habitatio ei⁹. Fenuꝫ quoqꝫ vt bos
comedebat: et roꝛe celi coꝛp⁹ eius
infectū eſt: donec cognoſceret ꝙ po
teſtatē haberet altiſſim⁹ in regno
hominū: ⁊ quēcūqꝫ voluerit ſuſci-
tabit ſuꝑ illud. Tu quoqꝫ fili⁹ ei⁹
balthaſar nō humiliaſti coꝛ tuum
cum ſcires hec omnia: ſed aduer-
ſum dominatoꝛē celi eleuatus es.
Et vaſa dom⁹ ei⁹ allata ſunt co-
ram te: ⁊ tu ⁊ optimates tui et vxo
res tue ⁊ cōcubine tue vinum bibi
ſtis in eis. Deos quoqꝫ ⁊ argēteos
et aureos et ereos ferreos ligneoſ
qꝫ et lapideos qui non vident ne-
qꝫ audiūt neqꝫ ſentiunt laudaſti.
G Poꝛro deū qui hꝫ flatū tuū in ma
12. q. 2. nu ſua ⁊ oēs vias tuas: nō gloꝛifi
ca. au- caſti. Idcirco ab eo miſſus eſt arti
ruꝫ. de culus man⁹ q̄ ſcripſit hoc qđ exa-
℞. ſig. ratum eſt. Hec eſt aūt ſcriptura q̄
c. ij. de digeſta eſt. Mane thecel phares.
conſe. Et hec interꝓtatio ſermōis. Ma-
di. j. c. ne numerauit deus regnum tuū ⁊
veſti- compleuit illud. Thecel: appēſus
mēta. eſt in ſtatera: ⁊ inuentus es min⁹
habēs. Phares: diuiſum eſt regnū
tuum: ⁊ datum eſt medis ⁊ perſis.
Tūc iubēte rege: indutus eſt da-
niel purpura: ⁊ circundata eſt toꝛ-
ques aurea collo ei⁹: ⁊ pꝛedicatuꝫ
eſt de eo ꝙ haberet poteſtatem ter
tius in regno. Eadē nocte interfe
ctus eſt balthaſar rex chaldeus: ⁊
darius med⁹ ſucceſſit in regnū an-
nos natus ſexagintaduos.

¶ Cap. Sū. ¶ Satrape accuſant
regi dario danielē: miſſus eſt in la
cū leonū: ⁊ a dn̄o liberat⁹. Ca. vj.

A Placuit dario ⁊ conſtituit ſu-
Als ✠ per ✠ regnū ſatrapas cētum
regum viginti vt eſſent i toto regno: ſuoꝛ
ſuꝑ eos pꝛincipes tres ex quib⁹ da
niel vnus erat vt ſetrape illis red
derent rationeꝫ: ⁊ rex non ſuſtine-
ret moleſtiam. Igitur daniel ſupe
rabat oēs pꝛincipes ⁊ ſatrapas: qꝛ
ſpiritus dei ampliꝛ erat in illo.
Poꝛro rex cogitabat cōſtituere eū
ſuꝑ omne regnū. Unde pꝛincipes
et ſatrape querebant occaſionem
vt inuenirent danieli ex latere re
gis: nullamqꝫ cauſaꝫ ⁊ ſuſpitionē
reꝑire potuerūt: eo ꝙ fidelis eſſet:
et omnis culpa ⁊ ſuſpitio non in- B
ueniretur in eo. Dixerunt ergo vi-
ri illi. Nō inuenimus danieli huic
aliquā occaſionē: niſi foꝛte in lege
dei ſui. Tunc pꝛincipes et ſatrape
ſurripuerunt regi: ⁊ ſic locuti ſunt
ei. Dari rex in eternū viue. Cōſiliū
inierunt oēs pꝛincipes regni tui: ſupꝛa.
magiſtratus et ſatrape ſenatoꝛes 2. a.
et iudices vt decretū ✠ imperato 8. 3. b.
riū exeat ⁊ edictū: vt omnis qui pe 8. 5. c.
tierit aliquam petitionē a quocū- infra.
qꝫ deo et homine vſqꝫ ad triginta eo.
dies niſi a te rex: mittatur in lacū Als.
leonuꝫ. Nūc itaqꝫ rex cōfirma ſen ✠ ſim-
tentiam: ⁊ ſcribe decretum vt non pera-
immutetur quod ſtatutū eſt a me- toꝛis.
dis ⁊ perſis: nec pꝛeuaricari cuiqꝫ E
liceat. Poꝛro rex dari⁹ pꝛopoſuit
edictum ⁊ ſtatuit. Qđ cum daniel
cōperiſſet ideſt conſtitutam legeꝫ:
ingreſſus eſt domum ſuam: et feue
ſtris apertis in cenaculo ſuo cōtra
hieruſalem tribus tempoꝛibus in
die flectebat genua ſua et adoꝛa-
bat confitebaturqꝫ coꝛam deo ſuo
ſicut ⁊ ante facere cōſueuerat. Ui
ri ergo illi curioſius inquirētes in
uenerūt danielē oꝛantē ⁊ obſecrā-
tem deū ſuū. Et accedentes locuti
ſunt regi ſuper edicto. Rex nunqd
non conſtituiſti vt omnis homo q̄
rogaret quēq̄ de dijs ⁊ hominib⁹
vſqꝫ ad dies trigita niſi te rex: mit
teretur in lacum leonuꝫ? Ad quos
reſpondens rex ait. Uerus eſt ſer-
mo iuxta decretum medoꝛuꝫ atqꝫ
perſaruꝫ: qđ pꝛeuaricari non licet
Tūc reſpondētes dixerunt coꝛam D
rege. Daniel de filijs captiuitatis
inde non curauit de lege tua et de
edicto quod conſtituiſti: ſed trib⁹
tempoꝛibus per diē oꝛat obſecra-
tione ſua. Quod verbum cū audiſ-

ſet rex:ſatis contriſtatus eſt:⁊ pro
daniele poſuit cor vt liberaret eū:
et vſq; ad occaſum ſolis labora-
bat vt erueret illū. Uiri autem illi
intelligētes regē:dixerūt ei. Scito
rex q2 lex medorum atq; pſar eſt:
vt omne decretū quod cōſtituerit
rex nō liceat immutari. Tūc rex p̄
E cepit ⁊ adduxerunt danielē ⁊ mi
I.4.c. ſerunt eū in lacum leonū. Dixit-
q; rex danieli. Deus tuus quem co
lis ſemꝑ:ipſe liberabit te. Allatuſ
q; eſt lapis vnus et poſitus eſt ſuꝑ
os laci:quem obſignauit rex annu
lo ſuo et annulo optimatū ſuorū
ne quid fieret contra danielē. Et
abijt rex in domū ſuā ⁊ dormiuit
incenatus:cibiq; nō ſunt allati co
ram eo:inſuper ⁊ ſomnus receſſit
ab eo. Tūc rex primo diluculo cō-
ſurgens feſtinus ad lacū leonū ꝑ
rexit. Appropinquāſq; lacui: da-
nielē voce lachrymabili inclama
mat. uit:et affatus eſt eū. Daniel ſerue
2.f. dei viuētis:de⁹ tuus cui tu ſeruis
F ſemper:putaſne valuit te liberare
a leonibus? Et daniel regi reſpon
I.2.a. dens ait. Rex ineternū viue. Deus
⁊.3.b. meus miſit angelum ſuū ⁊ cōclu-
⁊.3.c. ſit ora leonū et nō nocuerunt mi-
I.eo. hi:q2 corā deo iuſtitia inuenta eſt
in me. Sed ⁊ corā te rex delictū
nō feci. Tūc vehementer rex gaui-
ſus eſt ſuper eo:⁊ danielē precepit
educi de lacu. Eductuſq; ē daniel
de lacu:⁊ nulla leſio inuenta eſt in
eo:quia credidit deo ſuo. Iubente
autē rege adducti ſunt viri illi qui
accuſauerūt danielem ⁊ in lacum
leonum miſſi ſunt:ipſi filij ⁊ vxo-
res eorū:⁊ nō peruenerūt vſq; ad
pauimentū laci donec arriperent
eos leones:⁊ omnia oſſa eorū cō-
minuerūt. Tunc dari⁹ rex ſcripſit
vniuerſis populis:tribubus ⁊ lin-
guis habitātibus in vniuerſa ter-
G ra. Pax vobis multiplicet. A me
conſtitutū eſt decretū:vt in vniuer
ſo imperio ⁊ regno meo tremiſcāt
et paueant deū danielis. Ipſe eſt
enim deus viuens ⁊ eternus in ſe
cula et regnum eius nō diſſipabi-
tur:et poteſtas eius vſq; in eternū.
Ipſe liberator atq; ſaluator faciēs
ſigna ⁊ mirabilia in celo ⁊ in ter-
ra:qui liberauit danielem de ✠ la
cu leonum. Porro daniel perſeue Als. ✠
rauit vſq; ad regnum darij regnū mann.
q; cyri perſe.

¶ Capituli Sūmarium. ¶ Uiſio
quattuor animaliū in figura quat
tuor regnorum:de antiquo dierū:
de auditu filij hominis:⁊ de anti-
chriſto:⁊ de iudicio. Ca.vij.

Anno primo baltha A
ſar regis babylonis
daniel ſomnium vi
dit. Uiſio autē capi
tis ei⁹ in cubili ſuo.
Et ſomniū ſcribēs
breui ſermone com
prehendit:ſummatimq; perſtrin-
gens ait. Uidebā in viſione mea
nocte:⁊ ecce quattuor vēti celi pu
gnabant in mari magno:et quat-
tuor beſtie grandes aſcendebāt de
mari diuerſe inter ſe. Prime qua
ſi leena:⁊ alas habebat aqle. Aſpi
ciebā donec euulſe ſunt ale eius:
⁊ ſublata eſt de terra:⁊ ſuꝑ pedes
quaſi homo ſtetit:et cor eius datū
eſt ei. Et ecce beſtia alia ſimilis vr B
ſo:in ꝑte ſtetit:⁊ tres ordines erāt
in ore eius et in dentibus ei⁹:⁊ ſic
dicebāt ei. Surge comede carnes
plurimas. Poſt hec aſpiciebam et I.eo.
ecce alia quaſi pardus:⁊ alas ha-
bebat quaſi auis quattuor ſuꝑ ſe.
Et quattuor capita erāt i beſtia:⁊
poteſtas data eſt ei. Poſt hec aſpi
ciebam in viſione noctis:⁊ ecce be
ſtia quarta terribilis atq; mirabi
lis et fortis nimis. Dentes ferre-
os habebat magnos:comedens at
q; comminuent: et reliqua pedi-
bus ſuis conculcans. Diſſimilis C
autem erat ceteris beſtijs quas vi
deram ante eam: et habebat cor-
nua decem. Cōſiderabam cornua:
et ecce cornu aliud paruulum or-
tum eſt de medio eorum: et tria
de cornibus primis euulſa ſunt a
facie eius. Et ecce oculi quaſi ocu
li hominis erant in cornu iſto: et
os loquens ingentia Aſpiciebam
donec throni poſiti ſunt: et anti-
quus dierum ſedit. Ueſtimentum
eius candidum quaſi nix:et capil-
li capitis eius quaſi lana munda Als ✠
Thronus eius ✠ flamme ignis: flāma

Al's ✠ ✠ rote eiꝰ ignis accenſus: fluuius
currꝰ igneus rapiduſꝗ egrediebat a fa
cie eiꝰ. Milia miliū miniſtrabāt
D ei: et decies ✠ centena milia aſſi-
apoc stebant ei. Judiciū ſedit: et libri
5.c. aperti ſunt. Aſpiciebā propter vo
Al's ✠ cem ſermonum grandiū quos coꝛ
milies nu illud loquebat. Et vidi quoniā
interfecta eſſet beſtia: ⁊ periſſet coꝛ-
pus eius: ⁊ traditū eſſet ad cōburē
dum igni: aliarū quoꝗ beſtiarum
ablata eſſet poteſtas: et tēpoꝛa vi-
te cōſtituta eſſent eis vſꝗ ad tēpꝰ
s.eo. et tēpus. Aſpiciebā ergo invisione
Mat. noctis ⁊ ecce cū nubibus celi quaſi
24.c. filius hominis veniebat: ⁊ vſꝗ ad
antiquū dierū peruenit: ⁊ in cōſpe
ctu eius obtulerunt eum. Et dedit
ei poteſtatē et honoꝛem ⁊ regnū: ⁊
oēs populi tribus ⁊ lingue ipſi ſer
uient. Poteſtas eius poteſtas eter
na que nō auferetur: ⁊ regnum eiꝰ
s.4.g. quod non coꝛrūpetur. Hoꝛruit ſpi
ritus meus. Ego daniel territꝰ ſuz
in his: ⁊ viſiones capitis mei con-
E turbauerūt me. Acceſſi ad vnuz de
aſſiſtētibus: ⁊ veritatē querebā ab
eo de omnibus his. Qui dixit mi-
hi interpꝛetationem ſermonum: ⁊
docuit me. He quatuoꝛ beſtie ma-
gne quatuoꝛ ſunt regna que cōſur
gent de terra. Suſcipient autē re
gnum ſancti dei altiſſimi: ⁊ obti-
nebunt regnum vſꝗ in ſeculum et
in ſeculum ſeculoꝛū. Poſt hoc vo-
lui libenter diſcere de beſtia q̃rta:
que erat diſſimilis valde ab omni
bus et terribilis nimis. Dentes et
vngues eius ferrei comedebat ⁊ cō
minuebat: ⁊ reliqua pedibus ſuis
F cōculcabat. Et de coꝛnibꝰ decez q̃
habebat in capite: ⁊ de illo qđ oꝛtū
fuerat aū qđ ceciderāt tria coꝛnua
⁊ de coꝛnu illo qđ habebat oculos:
⁊ os loquēs grandia: ⁊ maius erat
ceteris. Aſpiciebam ⁊ ecce coꝛnu il
lud faciebat bellum aduerſus ſan
ctos: ⁊ pꝛeualebat eis: donec venit
antiquꝰ dierū: ⁊ iudiciū dedit ſan
ctis excelſi: ⁊ tēpus aduenit: ⁊ re-
gnū obtinuerunt ſancti. Et ſic ait.
Beſtia quarta: regnum quartum
erit in terra quod maius erit om-
nibus regnis: ⁊ deuoꝛabit vniuer-
ſam terram: ⁊ conculcabit ⁊ com-
minuet eā. Poꝛro coꝛnua decez ip
ſius regni decem reges erūt: ⁊ aliꝰ
cōſurget poſt eos: et ipſe potentioꝛ
erit pꝛioꝛibus et tres reges humi- G
liabit. Et ſermones contra excel-
ſum loquet: ⁊ ſanctos altiſſimi cō
teret. Et putabit ꝙ poſſit mutare
tēpoꝛa ⁊ leges: ⁊ tradent in manu
eius vſꝗ ad tempus et tempoꝛa ⁊
dimidiū tēpoꝛis. Et iudiciū ſede-
bit vt auferat potentia: ⁊ contera-
tur ⁊ diſpereat vſꝗ in finem. Re-
gnum aūt ⁊ poteſtas: ⁊ magnitudo Als ✠
regni que eſt ✠ ſubter omne celuz ſuper
detur populo ſanctoꝛuz altiſſimi: Luce.
cuius regnum: regnum ſempiter- 1.c.
num eſt: et omnes reges ſeruiēt ei
et obedient. Hucuſꝗ finis verbi.
Ego daniel multū cogitationibꝰ
meis conturbabar: et facies mea
mutata eſt in me: verba aūt in coꝛ
de meo conſeruaui.

¶ Capituli Sūmariuz. ¶ De arie-
te et hyꝛco: ⁊ interpꝛetatiōibꝰ arie
tis et hyꝛci. Ca.viij.

Ano tertio ꝛgni bal H
thaſar regis viſio ap
puit mihi. Ego Da-
niel poſt id quod vi
deram in pꝛincipio
vidi in viſione mea
cū eſſem in ſuſis ca
ſtro quod eſt in helam ✠ regiōe. Ui Als ✠
di autem in viſione eſſe me ſuper ciuita
poꝛtaz vlai: ⁊ leuaui oculos meos te
et vidi. Et ecce aries vnus ſtabat
ante paludem habens coꝛnua ex-
celſa: et vnum excelſius altero at-
ꝗ ſuccreſcens. Poſtea vidi arietē
coꝛnibus ventilantem contra oc-
cidentem ⁊ cōtra aquilonem et cō
tra meridiem ⁊ omnes beſtie non
poterant reſiſtere ei neꝗ liberari
de manu eius. Fecitꝗ ſm volūta-
tem ſuā: ⁊ magnificatꝰ eſt. Et ego
intelligebā. Ecce autem hyꝛcꝰ ca-
pꝛarū veniebat ab occidēte ſuper
faciem totius terre: et non tange-
bat terram. Poꝛro hyꝛcꝰ habebat B
coꝛnu inſigne inter oculos ſuos: ⁊
venit vſꝗ ad arietem illum coꝛnu
tum quem videram ſtantem ante
poꝛtam: ⁊ cucurrit ad euz in impe
tu foꝛtitudinis ſue. Cumꝗ appꝛo
pinquaſſet pꝛope arietem efferā-

tus eſt in eum: et percuſſit arietez
⁊ cōminuit duo cornua ei⁹: ⁊ nō po
terat aries reſiſtere ei. Cūq; miſiſ
ſet eū in terrā cōculcauit: ⁊ nemo
q̄bat liberare arietē de manu ei⁹.
E Hyrcus aūt caprarū magnus fact⁹
eſt nimis. Cūq; creuiſſet fractū eſt
cornu magnum: ⁊ orta ſunt quat-
tuor cornua ſubter illud per quat-
tuor ventos celi. De vno autem ex
eis egreſſum eſt cornu vnum mo-
dicum: et factum eſt grande cōtra
meridiem et contra orientem ⁊ cō
tra fortitudinem. Et magnificatū
eſt vſq; ad fortitudinem celi: ⁊ eie
cit de fortitudine ⁊ de ſtellis: ⁊ cō-
culcauit eas. Et vſq; ad principez
fortitudinis magnificatum eſt: et
D ab eo tulit iuge ſacrificiuz: ⁊ deie
Al's + cit locū ſanctificationis eius Ro-
nō hʒ bur autē datuz eſt + ei contra iuge
ſacrificium propter peccata ⁊ pro
ſternetur veritas in terra: et ꝓſpe
rabitur ⁊ faciet. Et audiui vnū de
ſanctis loquētem: ⁊ dixit vnus ſan
ctus alteri: neſcio cui loquēti. Uſ-
q; quo viſio et iuge ſacrificium et
peccatū deſolationis que facta eſt ⁊
ſanctuariuz ⁊ fortitudo conculca
bitur? Et dixit ei. Uſq; ad veſperā
Al's + et mane + dies duo milia trecēti:
non hʒ et mundabitur ſanctuarium. Fa-
dies ctū eſt aūt cuz viderem ego daniel
viſionem et quererē intelligētiaz
ecce ſtetit in conſpectu meo quaſi
ſpēs viri. Et audiui vocē viri inter
E vlai: ⁊ clamauit et ait. Gabriel fac
j.9.f. intelligere iſtā viſionem. Et venit
⁊ ſtetit iuxta vbi ego ſtabam. Cū-
q; veniſſet: pauēs corrui in faciem
meam: et ait ad me. Intellige fili
hominis: qm̄ in tpe finis cōplebit
viſio. Cūq; loqueretur ad me: col-
lapſus ſum ꝓnus in terrā. Et teti
git me: et ſtatuit me in gradu meo
F dixitq; mihi. Ego oſtendā tibi que
futura ſunt in nouiſſimo maledi-
ctionis: qm̄ hʒ tēpus finem ſuum.
Aries quez vidiſti habere cornua:
B rex medorum eſt atq; perſarū. Por
ro hyrcus caprarū: rex grecorū eſt:
et cornu grande qđ erat inter ocu
los ei⁹: ipſe eſt rex prim⁹. Qđ autē
fracto illo ſurrexerunt q̄ttuor pro
eo: quattuor reges de gēte ei⁹ con
ſurgēt: ſz nō in fortitudine ei⁹. Et
poſt regnū eorū cū creuerint iniqui
tates: conſurget rex impudens fa-
cie: ⁊ intelligēs ꝓpōnes: ⁊ robora
bitur fortitudo eius: ſed nō in viri
bus ſuis: ⁊ ſupra q̄ȝ credi pōt vni-
uerſa vaſtabit: et proſperabitur et G
faciet. Et interficiet robuſtos ⁊ po
pulū ſanctorū ſm voluntatē ſuam:
et diriget dolus in manu ei⁹: ⁊ cor
ſuum magnificabit: ⁊ in copia rerū
omnium occidet plurimos. Et cō-
tra principē principū cōſurget: et
ſine manu cōteret. Et viſio veſpe-
re et mane q̄ dicta eſt: vera eſt. Tu
ergo viſionē ſigna: quia poſt mul-
tos dies erit. Et ego daniel lāgui
⁊ egrotaui per dies. Cūq; ſurrexiſ
ſem faciebam opera regis: ⁊ ſtupe
bam ad viſionem: et non erat q̄ in
terpretaretur.

¶ Ca. Sū. ¶ De oratiōe danielis:
de verbo angeli: et de ſeptuaginta
hebdomadibus. Ca. ix.

A In anno primo darij filij aſſue-
ri de ſemine medorū q̄ impe-
rauit ſuper regnū chaldeorū anno De pe.
vno regni ei⁹: ego daniel intellexi di. j.c.
in libris numerū annorum de quo ꝑdixe-
eſt ſermo dñi ad hieremiā ꝓphetā rat.
vt cōplerentur deſolatiōis hieruſalē
ſeptuaginta anni. Et poſui faciez
meam ad dñm deū meū rogare et
deprecari in ieiunijs ſacco ⁊ cine-
re: ⁊ oraui ad dñz deū: ⁊ confeſſus
ſum: ⁊ dixi. Obſecro dñe deus ma
gne ⁊ terribilis cuſtodiēs pactū et 2. Eſd.
miſericordiā diligētib⁹ te ⁊ cuſto j.b.
dientibus mādata tua. Peccaui-
mus: iniquitatem fecimus: impie 1.eo.
egimus: et receſſimus et declinaui
mus a mandatis tuis ac iudicijs.
Nō obediuimus ſeruis tuis ꝓphe B
tis qui locuti ſunt in nomine tuo
regibus noſtris: principib⁹ noſtris
patribus noſtris: omniq; populo
terre. Tibi domine iuſtitia: nobis
autez cōfuſio faciei ſicut eſt hodie
viro iuda ⁊ habitatorib⁹ hieruſa-
lē ⁊ omni iſrael his q̄ prope ſunt ⁊
his q̄ procul in vniuerſis terris ad
q̄s eiciſti eos ꝓpter iniq̄tates eo
rū: in q̄b⁹ peccauerunt in te domi-
ne. Nobis confuſio faciei: regibus
noſtris: principib⁹ noſtris ⁊ patri-

bus noſtris qui peccauerunt. Tibi
autem domino deo noſtro miſeri-
coꝛdia ⁊ pꝛopitiatio:qꝛ receſſimus
a te:⁊ nō audiuimus vocem domi-
ni dei noſtri : vt ambularemus in
lege eius quam poſuit nobis per
ſeruos ſuos pꝛophetas:⁊ oīs iſrael
pꝛeuaricati ſunt legem tuam:⁊ de-
clinauerunt ne audirent vocē tuā:
⁊ ſtillauit ſuper nos maledictio et
deteſtatio que ſcripta eſt in libꝛo
moyſi ſerui dei:qꝛ peccauimus ei.
E Et ſtatuit ſermones ſuos quos lo
cutus eſt ſuper nos ⁊ ſuper pꝛinci-
pes noſtros qui iudicauerunt nos:
Alˢ ✠ ſupˀ in duce-rent. vt ✠ ſuperinduceret in nos magnū
malum quale nunꝗ̄ fuit ſub omni
celo:ſm ꝙ factum eſt in hieruſalē
ſicut ſcriptū eſt in lege moyſi. Om-
ne malum hoc venit ſuper nos. Et
nō rogauimus faciem tuā dñe deꝰ
noſter vt reuerteremur ab iniquita
tibus noſtris:⁊ cogitaremus verita
tem tuam . Et vigilauit dñs ſuper
malitiam:⁊ adduxit eā ſuper nos.
D Juſtus dñs deus noſter in omnibꝰ
Dañ. 2 c. s. eod. operibus ſuis que fecit. Non enim
audiuimus vocem eius. Et nūc do
mine deus noſter qui eduxiſti po-
pulum tuū de terra egypti in ma-
nu foꝛti:⁊ feciſti tibi nomen ſm diē
hanc:peccauimus:iniquitatem fe-
cimus dñe in oēm iuſtitiam tuam.
Auertatur obſecro ira tua : ⁊ furoꝛ
Alˢ ✠ nō hꝫ a tuus a ciuitate tua hieruſalem ⁊ ✠
a monte ſancto tuo . Pꝛopter pec-
cata enim noſtra ⁊ iniquitates pa
trum noſtroꝝ: hieruſalem ⁊ popu-
lus tuus in oppꝛobꝛium ſunt om-
Alˢ ✠ nō hꝫ ergo nibus per circuitū nr̄ꝫ. Nūc ✠ ergo
exaudi deus noſter orationeꝫ ſerui
tui:⁊ pꝛeces eius:⁊ oſtende faciem
tuam ſuper ſanctuarium tuum qd̄
E deſertum eſt. Pꝛopter temetipſuꝫ
inclina deus meus aurem tuam et
audi:aperi oculos tuos ⁊ vide deſo
lationem noſtrā ⁊ ciuitatem:ſuper
quam inuocatū eſt nomē tuū. Ne-
qꝫ enim in iuſtificatiōibus noſtris
pꝛoſternimus pꝛeces ante faciem
di. 11. c. eccle-ſiaſti-caruꝫ. in glo. tuam : ſed in miſerationibus tuis
multis . Exaudi dñe : placare dñe
attende ⁊ fac. Ne moꝛeris pꝛopter
temetipſum deus meus:qꝛ nomen
tuū inuocatū eſt ſuper ciuitatē ⁊ ſu
per ppl'ꝫ tuū. Cūqꝫ adhuc loquerer
⁊ oꝛarem ⁊ cōfiterer peccata mea ⁊ de pe. di. j. c. ꝑditis
peccata populi mei iſrael vt ꝓſter
nerem ꝑces meas in conſpectu dei
mei:pꝛo monte ſancto dei mei:ad- F
huc me loquente in oꝛatione mea s. 8. c.
ecce vir gabꝛiel quem videram in vi-
ſione a pꝛincipio cito volans teti-
git me in tēpoꝛe ſacrificij veſperti
ni ⁊ docuit me ⁊ locutus eſt mihi:
dixitqꝫ Daniel nūc egreſſus ſum vt
docerem te ⁊ intelligeres. Ab exoꝛ
dio pꝛecū tuaꝝ egreſſus eſt ſermo.
Ego aūt veni vt indicarem tibi:qꝛ
vir deſiderioꝝ es . Tu aūt animad s. 10. b
uerte ſermonē:⁊ intellige viſioneꝫ
Septuaginta hebdomades abbꝛe
uiate ſunt ſuper populū tuum ⁊ ſu
per vꝛbem ſanctam tuam vt conſu
metur pꝛeuaricatio:⁊ finē accipiat
peccatum:⁊ deleatur iniquitas: et
adducat iuſtitia ſempiterna: ⁊ im
pleatur viſio ⁊ pꝛophetia et vngat
ſanctusſanctoꝝ. Scito ergo ⁊ ani- G
maduerte ab exitu ſermonis vt ite
rum edificetur hieruſalem vſqꝫ ad
chꝛiſtum ducem : hebdomades ſe-
tem:⁊ hebdomades ſexagintadue
erunt. Et rurſum edificabit platea
et muri in anguſtia tempoꝛum. Et
poſt hebdomades ſexagintaduas
occidet chꝛiſtus:⁊ non erit eius po
pulus qui eū negaturus eſt. Et ciui
tatem ⁊ ſanctuariū diſſipabit ppl's
cum duce venturo: ⁊ finis eius va-
ſtitas: ⁊ poſt finem belli ſtatuta de
ſolatio. Cōfirmabit aūt pactū mul Mat. 24. b.
tis hebdomada vna:⁊ i dimidio heb
domadis deficiet hoſtia ⁊ ſacrifi-
cium ⁊ erit in templo abominatio
deſolationis:⁊ vſqꝫ ad cōſūmatio-
nem ⁊ finē perſeuerabit deſolatio.
¶ Ca. Sum. ¶ De apparitione vi-
ri veſtiti lineis:de michaele ⁊ pꝛin
cipibus grecoꝝ ⁊ perſarum. Ca. x.
Anno tertio regni cyꝛi regis A
perſarum verbū reuelatū eſt
danieli cognomēto balthaſar ⁊ ver
bum verum ⁊ foꝛtitudo magna: in
tellexitqꝫ ſermonem . Intelligētia
enim eſt opus in viſione. In diebꝰ
illis ego daniel lugebā trium heb
domadarum diebus:paneꝫ deſide
rabilem nō comedi:⁊ caro ⁊ vinum
nō introierūt in os meū. Sed neqꝫ

vnguento vnctus ſum: donec com-
plerentur trium hebdomadarum
dies. Die aũt viceſima ⁊ q̃rta men
ſis primi erã iuxta fluuiũ magnũ
qui eſt tigris: ⁊ leuaui ocl'os meos
⁊ vidi. Et ecce vir vnus veſtitus li-
neis: ⁊ renes ei⁹ accincti auro obri
zo: ⁊ corpus eius quaſi chryſolit⁹:
⁊ facies eius velut ſpecies fulgu-
ris: ⁊ oculi eius vt lampas ardens
⁊ brachia eius ⁊ que deorſum ſunt
vſq; ad pedes quaſi ſpecies eris cã
dentis: ⁊ vox ſermonũ eius vt vox
multitudinis. Uidi autem ego da-
niel ſolus viſionez. Porro viri qui
B erant mecum non viderunt: ſed ter
ror nimius irruit ſuper eos: ⁊ fuge
runt in abſconditum. Ego autẽ re-
ſ.co. lictus ſolus vidi viſionem grandẽ
hanc ⁊ non remãſit in medio forti
tudo: ſed ⁊ ſpecies mea immutata
eſt in me: ⁊ emarcui: nec habui quic
q̃ virium. Et audiui vocẽ ſermo-
num eius: ⁊ audiens iacebam con-
ſternatus ſuper faciez meam: ⁊ vul
tus me⁹ herebat terre. Et ecce ma
nus tetigit me: et erexit me ſuper
genua mea ⁊ ſuper articulos ma-
nuum mearum. Et dixit ad me. Da
ſ.9.f⁊ niel vir deſideriorum: intellige ver
ſ.co. ba q̃ ego loquor ad te: ⁊ ſta in gra-
C du tuo. Nunc enim ſum miſſus ad
te. Cumq; dixiſſet mihi ſermonem
iſtum ſteti tremẽs: ⁊ ait ad me. No
li metuere Daniel: quia ex die pri-
mo quo poſuiſti cor tuum ad intel
ligendum vt te affligeres in cõſpe
ctu dei tui: exaudita ſunt verba tua
⁊ ego veni propter ſermones tuos.
Princeps autem regni perſarum
reſtitit mihi viginti ⁊ vno diebus: ⁊
ecce Michael vnus de principibus
primis venit in adiutorium meuz:
⁊ ego remanſi ibi iuxta regez Per
ſarum. Ueni autem vt docerem te
que ventura ſunt populo tuo in no
uiſſimis diebus: quoniam adhuc vi
ſio in dies. Cumq; loqueretur mi-
hi huiuſcemodi verbis: deieci vul-
tum meum ad terram: ⁊ tacui. Et
ecce quaſi ſimiliudo filij hominis
tetigit labia mea: et aperiens os
D meum locutus ſum: ⁊ dixi ad eum
qui ſtabat contra me. Domine mi
in viſione tua diſſolute ſunt cõpa
ges mee ⁊ nihil in me remanſit vi-
rium. Et quomodo poterit ſeruus ſ.eo.
domini mei loqui cum dño meo:
Nihil enim in me remanſit virium:
ſz ⁊ halitus meus intercluditur. Rur
ſum ergo tetigit me quaſi viſio ho-
minis: ⁊ cõfortauit me et dixit. No ſ.9.f⁊
li timere vir deſideriorum: pax ti- ſ.eod.
bi: confortare ⁊ eſto robuſtus. Cum
q; loqueretur mecum conualui: et
dixi. Loquere domine mi: quia cõ-
fortaſti me. Et ait. Nunqd ſcis qua
re venerim ad te. Et nunc reuertar
vt prelier aduerſum principez per
ſarum. Cum enim ingrederer ap-
paruit princeps grecorum veniẽs.
Uerũtamen annũciabo tibi quod
expreſſuz eſt in ſcriptura veritatis
⁊ nemo eſt adiutor me⁹ in oib⁹ his:
niſi Michael princeps veſter.

¶ Capituli Summarium. ¶ Pre-
dicit angelus danieli de regibus p
ſarũ: ⁊ de rege qui eſt antichriſtus
qui extollit ſe contra dñm. Ca. xi.

EGo autem ✠ a pri- A
mo anno darij me- Als ✠
dij ſtabam vt confor ab an-
taretur ⁊ roboraretur. no pri
Et nunc veritatem mo
annũciabo tibi. Ec-
ce adhuc tres reges
ſtabunt in perſide: ⁊ quartus dita-
bitur opibus nimijs ſuper omnes.
Et cum inualuerit diuitijs ſuis cõ
citabit omnes aduerſum regnum
grecie. Surget vero rex fortis ⁊ do
minabitur poteſtate multa: ⁊ faciet
quod placuerit ei. Et cum ſteterit
conteretur regnum eius ⁊ diuidetur
in quattuor ventos celi: ſed non in
poſteros eius neq; ſm potentiam
illius qua dominatus eſt. Lacera-
bitur enim regnum eius etiam in
✠ externos exceptis his. Et cõfor- al⁹ ✠ ex
tabitur rex auſtri: ⁊ de principibus teros
eius preualebit ſuper eum. Et do-
minabitur ditione. Multa eñ do-
minatio eius. Et poſt finem anno-
rum federabũtur. Filiaq; regis au
ſtri veniet ad regem aquilonis fa-
cere amicitiam: ⁊ nõ obtinebit for
titudinem brachij: nec ſtabit ſemẽ B
eius. Et tradetur ipſa: ⁊ qui addu-
xerunt eam adoleſcẽtes eius: ⁊ qui
confortabant eam in temporibus.

Et ſtabit dē germinē radicuꝫ eius
plantatio:⁊ veniet cum exercitu: ⁊
ingredietur prouinciā regis aqui-
lonis:⁊ abutetur eis et obtinebit.
Inſuper⁊ deos eorum⁊ ſculptilia:
vaſa quoqꝫ precioſa auri ⁊argenti
captiua ducet in egyptū. Ipſe pre-
ualebit aduerſus regem aquilonis
Et intrabit in regnum rex auſtri:⁊
reuertetur ad terram ſuā. Filij au-
tem eius prouocabuntur ⁊ congre
gabunt multitudinem exercituum
plurimorum. Et veniet properās ⁊
inundans:⁊ reuertetur ⁊ concitabi
tur ⁊ congrediet̃ cum robore eius.
Et prouocatus rex auſtri egrediet̃
⁊ pugnabit aduerſus regem aqui-
lonis:⁊ preparabit multitudinem
nimiā ⁊ dabitur multitudo in ma-
nus eius:⁊ capiet multitudinem ⁊
Al's ✠ cornu exaltabit ✠ cor eius :⁊ deijciet mul
ta milia:ſed non preualebit. Con-
E uertetur enim rex aquilonis ⁊pre-
parabit multitudinem multo ma-
iorem ꝙ prius. Et in fine tempoꝝ
annorumqꝫ veniet properans cum
exercitu magno et opibus nimijs.
In temporibus illis multi conſur
gent aduerſus regem auſtri. Filij
quoqꝫ preuaricatorum populi tui
extollentur vt impleant viſionem:
⁊ corruēt. Et veniet rex aquilonis
⁊ cōportabit aggerē ⁊ capiet vrbes
munitiſſimas ⁊ brachia auſtri non
ſuſtinebūt. Et ꝯſurgent electi eius
ad reſiſtendum:⁊nō erit fortitudo.
Et faciet veniens ſuper eum iuxta
placitū ſuum :⁊ nō erit qui ſtet con
tra faciem eius:⁊ ſtabit in terra in
clyta ⁊ conſumet̃ in manu eius: et
ponet faciem ſuam: ⁊ veniet ad te
nendum vniuerſum regnum eius:⁊
recta faciet cum eo. Et filiā femi-
Al's ✠ illud naꝝ dabit ei vt euertat ✠ illū ⁊ nō
ſtabit nec illius erit. Et conuertet
D faciē ſuā ad inſulas ⁊ capiet mul-
tas:⁊ ceſſare faciet principē oppro
brij ſui:⁊opprobriū eius conuertet̃
in eū. Et cōuertet faciē ſuā ad im-
periū terre ſue:⁊ impinguet ⁊ cor-
ruet ⁊ nō inuenieť. Et ſtabit in lo-
co eius viliſſimus ⁊ indignus deco
re regio:⁊ in paucis diebus conte-
ret̃ nō in furore nec in ꝓlio. Et ſta-
bit in loco eius deſpectus: ⁊ nō tri

buet̃ ei honor regius. Et veniet clā
⁊ obtinebit regnū in fraudulentia.
Et brachia pugnātis expugnabun
tur a facie eius ⁊cōterent̃. Inſuper
⁊ dux federis. Et poſt amicitias cū
eo faciet dolum: ⁊ aſcendet ⁊ ſupa
bit in modico populo:⁊ abundan-
tes ⁊ vberes vrbes ingrediet̃. Et fa
ciet que non fecerunt patres eius⁊
patres patrū eius. Rapinas ⁊ pre-
dam ⁊ diuitias eoꝝ diſſipabit:⁊ cō
tra firmiſſimas cogitationes ✠ ini Al's ✠
bit:⁊ hoc vſqꝫ ad tempus. Et conci iniet
tabitur fortitudo eius:⁊ cor eiꝰ ad E
uerſum regē auſtri in exercitu ma
gno. Et rex auſtri prouocabitur ad
bellū multis auxilijs ⁊ fortibus ni
mis:⁊nō ſtabunt:qꝛ inibunt aduer
ſus eū conſilia. Et comedentes pa
nem cū eo cōterent illū:exercituſqꝫ
eius opprimet̃: ⁊ cadent interfecti
plurimi. Duoꝝ ꝗꝫ regum cor erit vt
male faciant: ⁊ ad menſam vnam
mendacium loquentur⁊ non profi
cient:qꝛ adhuc finis in aliud tem-
pus. Et reuertetur in terram ſuam
cum opibus multis: ⁊ cor eius ad-
uerſum teſtamentū ſanctū:⁊ faciet
⁊ reuertetur in terram ſuam. Sta
tuto tēpore reuertetur ⁊ veniet ad
auſtrum:⁊ nō erit priori ſimile no-
uiſſimum. Et venient ſuper eū trie
res ⁊ romani:⁊ percutietur ⁊ reuer
tetur. Et indignabitur cōtra teſta-
mentum ſanctuarij ⁊ faciet reuer-
teturqꝫ : ⁊ cogitabit aduerſum eos
qui dereliquerunt teſtamentū ſan-
ctuarij. Et brachia ex eo ſtabunt et
polluent ſanctuariuꝫ fortitudinis
⁊ auferent iuge ſacrificium : ⁊ da-
būt abominationē in deſolationē.
Et impij in teſtamētum ſimulabūt
fraudulenter. Populus antē ſciēs
deum ſuum obtinebit ⁊ faciet. Et
docti in pplo docebunt plurimos:
⁊ ruent in gladio ⁊ in flamma:⁊in
✠ captiuitate ⁊ in ✠ rapina dierū. al ✠ ca
Eūqꝫ corruerint ſubleuabunt̃ auxi ptiui
lio paruulo:⁊ applicabunt̃ eis plu tatez.
rimi fraudulenter. Et de eruditis al ✠ ra
ruēt vt cōflent̃ ⁊ eligāt̃⁊ dealbent̃: pinaz
vſqꝫ ad tēpus ꝓfinitū:qꝛ adhuc aliō f
tēpus erit. Et faciet iuxta volūtatē f.12.c
ſuā rex. Et leuabit̃ ⁊ magnificabit̃
aduerſus om̄ deū:⁊ aduerſus deū

deoꝝ loquet̃ magnifica: et diriget̃:
donec cópleatur iracũdia. Perpe-
trata quippe eſt diffinitio. Et deũ
patrũ ſuoꝝ non reputabit: ⁊ erit in
cócupiſcentijs feminaꝝ: nec quẽq̄
deoꝝ curabit: qꝛ aduerſum vniuer-
ſa cóſurget. Deũ aũt maozim in lo
co ſuo venerabit̃ ⁊ deũ quẽ ignoꝛa
uerunt patres eius colet auro ⁊ ar
gento ⁊ lapide p̄cioſo rebuſq̄ pꝛe-
6 cioſis. Et faciet vt muniat maozi
cũ deo alieno quẽ non cognouit: et
multiplicabit gloꝛiã: ⁊ dabit eis po
teſtatem in multis: ⁊ terrã diuidet
gratuito. Et in tẽpoꝛe p̄finito pꝛe-
liabit̃ aduerſus eũ rex auſtri: ⁊ qua
ſi tẽpeſtas veniet cõtra illũ rex aq̄-
lonis in curribus: ⁊ in equitibus et
in claſſe magna: ⁊ ingrediet̃ terras
⁊ cõteret ⁊ pertrãſeat. Et introibit
in terrã glorioſaꝫ: ⁊ multi corruẽt.
Hec aũt ſole ſaluabũt̃ de manu eiꝰ
al' pꝛin cipũ. edom ⁊ moab ⁊ ✠ pꝛincipes filioꝝ
ammõ. Et mittet manũ ſuã in ter-
ras: ⁊ terra egypti non effugiet. Et
dñabitur theſauroꝝ auri ⁊ argenti
⁊ in oĩbus pꝛecioſis egypti. Per ly
biam q̊ꝫ ⁊ ethyopiã tranſibit: ⁊ fa-
ma turbabit eũ ab oꝛiente ⁊ ab aq̄
lone: ⁊ veniet in multitudine ma-
gna vt conterat ⁊ interficiat pluri-
Als ✠ aped-no mos. Et figet tabernaculũ ſuũ a ✠
pethno inter duo maria ſuper mõ-
tem inclytũ ⁊ ſanctum: ⁊ veniet vſ
q̄ ad ſummitateꝫ eius ⁊ nemo au
xiliabitur ei.

¶ Ca. S. ¶ De reſurrectione bono
rum ⁊ maloꝛum: de eminẽtia ⁊ cla
ritate doctoꝛum: de iudicio domi-
ni: de libꝛo clauſo: de ſignatis ser-
monibus. Ca. xij.

A In tẽpoꝛe aũt illo cõſurget mi
chael pꝛinceps magnus q̇ ſtat
pꝛo filijs pplĩ tui: ⁊ veniet tp̄s qua
le nõ fuit ab eo ex quo gẽtes eſſe ce
perunt vſq̄ ad tẽpus illud. Et in tẽ
poꝛe illo ſaluabit̃ ppl's tuus: oĩs q̇
inuentus fuerit ſcriptus in libꝛo.
Et multi de his qui doꝛmiũt in ter
re puluere euigilabũt: alij in vitam
eternã: alij in oppꝛobꝛiũ: vt videãt
B ſemper. Qui aũt docti fuerint ful-
gebunt quaſi ſplendoꝛ firmamẽti:
⁊ qui ad iuſtitiã erudiũt multos: q̄
ſi ſtelle in ꝑpetuas eternitates. Tu
aũt Daniel claude ſermones: ⁊ ſi- de ma-
gna libꝛuꝫ vſq̄ ad tẽpus ſtatutum. giſtris
Plurimi pertranſibũt: ⁊ multiplex c. ſi.
erit ſcientia. Et vidi ego Daniel: ⁊
ecce quaſi duo alij ſtabant vnꝰ hinc
ſuper ripa fluminis: et alius inde
ex altera ripa fluminis. Et dixi vi-
ro qui erat indutus lineis: qui ſta-
bat ſup̱ aquas fluminis. Uſq̄quo
finis hoꝝ mirabiliũ? Et audiui vi-
rum qui indutꝰ erat lineis qui ſta-
bat ſuper aquas fluminis: cum ele
uaſſet dexterã ⁊ ſiniſtram ſuã in ce
lum: ⁊ iuraſſet per viuentẽ in eter-
num: qꝛ in tempus ⁊ tẽpoꝛa ⁊ dimi
dium tẽpoꝛis. Et cum cõpleta fue-
rit diſperſio manus populi ſancti:
complebunt̃ vniuerſa hec. Et ego
audiui ⁊ nõ intellexi. Et dixi. Dñe
mi quid erit poſt hec? Et ait. Uade
Daniel: qꝛ clauſi ſunt ſignatiq̄ ſer
mones: vſq̄ ad pꝛefinitum tẽpus.
Eligent̃ ⁊ dealbabũt̃ ⁊ quaſi ignis
pꝛobabunt̃ multi. Et impie agent
impij: neq̄ intelligent oẽs impij. s. i. s.
Poꝛro docti intelligẽt: ⁊ a tempo- D
re cum ablatũ fuerit iuge ✠ ſacrifi Als ✠
cium ⁊ poſita fuerit abhominatio nõ hꝫ
in deſolationẽ: dies mille ducenti ſacrifi-
nonaginta. Beatus qui expectat: ⁊ cium
peruenit vſq̄ ad dies mille trecen
tos trigintaquinq̄. Tu aũt Daniel
vade ad pꝛefinitum: ⁊ requieſces ⁊
ſtabis in ſoꝛte tua in fine dierum.
¶ Hucuſq̄ danielem in hebꝛaico
volumine legimus: ⁊ cetera que ſe
quũtur vſq̄ ad finem libꝛi: de theo
dotionis editione tranſlata ſunt.

¶ Ca. S. ¶ De duobus p̄ſbyteris
qui concupierunt ſuſannam: ⁊ iu-
dicati ſunt a daniele.

Capitulum. xiij.

A Et erat vir habitans
in babylone: ⁊ nomẽ 33. q. 5.
eius Joachiꝫ. Et ac ca. q̄
cepit vxoꝛem nomi- deo.
ne Suſannam filiã
Helchie pulchꝛã ni-
mis ⁊ timenteꝫ deũ.
Parentes enim illius cum eſſent
iuſti: erudierũt filiam ſuam ſm le-
gem Moyſi. Erat auteꝫ Joachim
diues valde: ⁊ erat ei pomeriũ vici
num ✠ domui ſue: ⁊ ad ipſum con- al' ✠ do-
fluebant iudei: eo quod eſſet hono- mus

Suſanna



rabilioꝛ omniū. Et conſtituti ſunt
Al's ✠ duo ✠ ſenes iudices in illo anno
ſenio⸗ de quibus locutus eſt dominus: qꝛ
res egreſſa eſt iniquitas de babylōe a
✠ ſenioꝛibus iudicibus qui vide⸗
al's ✠ ſe bantur regere populū. Iſti frequē⸗
nibus tabāt domuꝫ Joachim: ⁊ veniebāt
ad eum omnes qui habebant iudi
cia. Cum autem ppl's reuertiſſet ✠
Al's ✠ ꝑ meridiem ingrediebatur ſuſan⸗
ad na: ⁊ deambulabat in pomerio vi
ri ſui. Et videbant eam ſenes quo
tidie ingredientem ⁊ deambulan⸗
tem: ⁊ exarſerunt in concupiſcen⸗
Al's ✠ tiam eius. Et ✠ euerterunt ſenſuꝫ
auerte ſuum: ⁊ declinauerūt oculos ſuos
runt vt non viderent celum: neqꝫ recoꝛ
darentur iudicioꝛū iuſtoꝛuꝫ. Erāt
B ergo ambo vulnerati amoꝛe eius:
nec indicauerunt ſibi viciſſim do⸗
loꝛem ſuum. Erubeſcebant eñ in⸗
dicare ſibi concupiſcentiam ſuam
volentes cōcubere cum ea. Et ob⸗
ſeruabāt quotidie ſollicitꝰ videre
eā. Dixitqꝫ alter ad alteruꝫ. Eamꝰ
domū: qꝛ hoꝛa pꝛādij eſt. Et egreſ⸗
ſi receſſerunt a ſe. Cumqꝫ reuertiſ
ſent: venerunt in vnum. Et ſciſci⸗
tātes ab inuicē cauſaꝫ: cōfeſſi ſunt
concupiſcentiā ſuā. Et tunc in cō⸗
muni ſtatuerunt tempus: qn̄ eam
poſſent inuenire ſolam. Factū eſt
autē cum obſeruarent diē aptum:
ingreſſa eſt aliqn̄ ſicut heri et nu⸗
diuſtertius cū duabus ſolis puel⸗
lis voluitqꝫ lauari ī pomerio. Eſtꝰ
quippe erat: ⁊ non erat ibi quiſꝙ̄
pꝛeter duos ſenes abſconditos et
contēplātes eam. Dixit ergo puel
lis. Afferte mihi oleum ⁊ ſmigma
Al's ✠ ta: ⁊ oſtia pomerij claudite vt ✠ la
lauē. uer. Et fecerunt ſicut pꝛeceperat.
Clauſerūtqꝫ oſtia pomerij: ⁊ egreſ
ſe ſunt ꝑ poſticū vt afferent q̄ iuſ⸗
ſerat. Neſciebatqꝫ ſenes intus eſ⸗
ſe abſcōditos. Cum autem egreſſe
eſſent puelle ſurrexerūt duo ſenes
et accurrerūt ad eā: ⁊ dixerūt. Ec⸗
ce oſtia pomerij clauſa ſunt: et ne
mo nos videt: ⁊ in concupiſcentia
tui ſumus. Quāobrē aſſentire no⸗
bis: ⁊ commiſcere nobiſcuꝫ. Qd ſi
nolueris: dicemꝰ cōtra te teſtimo⸗
C niū: ꝙ fuerit tecū iuuenis ⁊ ob hāc
cauſam emiſeris puellas a te. In

gemuit ſuſanna ⁊ ait. Anguſtie ✠ Al. nō
ſunt mihi vndiqꝫ. Si eñ hoc ege⸗ hꝫ ✠
ro: moꝛs mihi eſt: ſi autē non ege⸗ ſunt
ro non effugiā manus veſtras. Sꝫ 4. Re
meliꝰ eſt mihi abſqꝫ opere incide⸗ gū. 24.
re in manꝰ hominū: ꝙ̄ peccare in c.
conſpectu domini. Et exclamauit
voce magna ſuſanna: exclamaue⸗
runt autem ⁊ ſenes aduerſus eaꝫ.
Et cucurrit vnus ad oſtia pomerij
et aperuit. Cuꝫ ergo audiſſent cla
moꝛeꝫ famuli domus in pomerio
irruerūt per ✠ poſticū vt viderent
quidnā eſſet. Poſtꝙ̄ autem ſenes Al's ✠
locuti ſunt erubuerunt ſerui vehe⸗ poſti
menter: quia nunꝙ̄ dictus fuerat cium
ſermo huiuſcemodi de Suſanna.
Et facta eſt dies craſtina. Cumqꝫ
veniſſet populus ad ioachim vi⸗
rum eius: venerunt ⁊ duo pꝛeſby⸗
teri pleni iniqua cogitatiōe aduer D
ſus ſuſannam vt interficerent eā.
Et dixerunt coꝛam populo. Mitti
te ad ſuſannā filiam helchie vxoꝛē
ioachim. Et ſtatim miſerūt. Et ve
nit cum parentibꝰ ⁊ filijs ⁊ vniuer
ſis cognatis ſuis. Poꝛro Suſan⸗
na erat delicata nimis: ⁊ pulchꝛa
facie. At iniqui illi iuſſerunt vt diſ
cooperiret: (erat enim cooperta)
vt vel ſic ſatiarent decoꝛe eius. Fle
bant igit ſui: ⁊ oēs q̇ nouerant eā.
Cōſurgētes aūt duo p̄ſbyteri ī me
dio populi: poſuerunt manꝰ ſuas
ſup caput eiꝰ. Que flēs ſuſpexit ad
celū. Erat enim coꝛ eiꝰ fiduciā ha
bēs ī dño. Et dixerūt p̄ſbyteri. Cū
deābularemꝰ in pomerio ſoli: in⸗
greſſa eſt hec cuꝫ duabꝰ puellis: et
clauſit oſtia pomerij: ⁊ dimiſit a ſe
puellas. Uenitqꝫ ad eā adoleſcēs
q̇ erat abſcōditꝰ: ⁊ cōcubuit cū ea.
Poꝛo nos cū eſſemꝰ in angulo po
merij vidētes iniquitatem cucur⸗
rimꝰ ad eos: ⁊ vidimꝰ eos pariter
cōmiſceri. Et illū q̇dē nō quiuimus E
cōpꝛehēdere: qꝛ foꝛtioꝛ nobis erat:
⁊ apto oſtio exiliuit. Hāc aūt cum
appꝛehēdiſſemꝰ: interrogauimꝰ q̇ſ⸗
nam eſſet adoleſcēs: ⁊ noluit indi
care nobis. Huiꝰ rei teſtes ſumus.
Credidit eis multitudo quaſi ſe⸗
nibus ⁊ iudicibꝰ ppl'i. Et cōdēna⸗
uerūt eā ad moꝛtem. Exclamauit
aūt voce magna ſuſanna: et dixit.

Deus eterne q̄ abſconditoꝝ es co-
2.q.j. gnitoꝛ:qui noſti oīa anteq̄ fiāt:tu
c.deꝰ. ſcis qm̄ falſum teſtimoniū tulerūt
4.ſ.c. cōtra me. Et ecce moꝛioꝛ: cū nihil
pꝛs.⁊. hoꝝ fecerim q̄ iſti malicioſe cōpo
u.con ſuerūt aduerſū me. Exaudiuit aūt
ſilui- dn̄s vocē eiꝰ. Cūq; duceret̄ ad moꝛ
De tē ſuſcitauit dn̄s ſpm̄ pueri iunio-
pe.di. ris cuiꝰ nomē daniel:et exclama-
2.c.j.⁊ uit voce magna. Mundꝰ ego ſuz a
di.3.c. ſanguine huius. Et conuerſus oīs
inter populus ad euz dixit. Quis eſt iſte
pecþyꝛ ſermo quē tu locutꝰ es. Qui cū ſta
cu.j. ret in medio eoꝛum:ait. Sic fatui
36.qo. filij iſrl̄ nō iudicc̄tes neq; qd̄ verū
c.con- eſt cognoſcentes:cōdēnaſtis filiaz
grui- iſrael. Reuertimini ad iudiciū:qꝛ
mus. falſum teſtimoniū locuti ſunt ad
2.q.7.ſ uerſus eam. Reuerſus eſt ergo po
ic cuz pulus cū feſtinatione. Et dixerunt
balaā D ei ſenes. Ueni ⁊ ſede in medio no
2.Re. ſtrum:⁊ indica nobis:qꝛ tibi deus
3.f. dedit honoꝛez ſenectutis. Et dixit
ac.20 f ad eos daniel. Separate illos ab
f inuicem pꝛocul ⁊ dijudicabo eos.
Cum ergo diuiſi eſſent alter ab al
tero:vocauit vnū de eis et dixit ad
eum. Inueterate dierū maloꝝ nūc
venerūt peccata tua que operaba
ris pꝛiꝰ:iudicās iudicia iniuſta:in
nocētes oppꝛimēs ⁊ dimittēs no-
xios dicēte dn̄o innocētē ⁊ iuſtū nō
interficies. Nūc ergo ſi vidiſti eaz:
dic ſub qua arboꝛe videris eos col
Exo. loquētes ſibi. Qui ait. Sub ✠ cyno
23.a. Dixit autē daniel. Recte mētitus
2.q.j.c es in caput tuū. Ecce em̄ angelꝰ dei
In pꝛi- accepta ſentētia ab eo: ſcindet te
mis mediū. Et amoto eo iuſſit veni-
Al ✠ re aliū: ⁊ dixit ei. Semē chanaan
ſchio. et nō iuda ſpecies decepit te:⁊ con
Lilice. cupiſcentia ſubuertit coꝛ tuū. Sic
faciebatis filiabꝰ iſrael:⁊ ille timē
G tes loquebāt̄ vobis Sꝫ nō filia iu
da ſuſtinuit iniq̄tatē veſtrā. Nunc
ergo dic mihi:ſub qua arboꝛe com
E pꝛehēderis eos loquētes ſibi. Qui
ait. Sub ✠ pꝛino. Dixit aūt daniel.
Al ✠ lē Recte mētitꝰ es ⁊ tu in caput tuū.
tiſco manet em̄ āgelus dei gladiū hn̄s
2.q.ſ. vt ſecet te mediū:⁊ iterficiat vos.
c.in p- Exclamauit itaq; oīs cetus voce
mis magna:⁊ benedixerūt deum q̄ ſal-
uat ſperātes in ſe. Et conſurrexe-
rūt aduerſus duos pꝛ̄ſbyteros. Cō

uicerat enim eos daniel:ex oꝛe ſuo
falſum dixiſſe teſtimoniū. Fecerūt
q; eis ſicut male egerāt aduerſus
pꝛimā:vt facerent ſm̄ legē moyſi:
et interfecerunt eos. Et ſaluatꝰ eſt
ſanguis inoxius:in die illa. Hel-
chias aūt ⁊ vxoꝛ eius laudauerunt
deū ꝓ filia ſua ſuſanna cū ioachiz
marito eius ⁊ cognatis oībꝰ:qꝛ nō
eſt inuēta in ea res turpis. Daniel
aūt factus eſt magnꝰ in conſpectu
populi a die illa et deinceps. Et rex
aſtyages appoſitus eſt ad patres
ſuos:⁊ ſuſcepit cyꝛꝰ perſes regnū
eius.

¶ Capituli Summariū. ¶ Daniel
bel deſtruxit:dꝛaconem interfecit:
et mittitur in lacum leonum: vbi
Abacuc ſibi pꝛādiū fecit. Ca. xiiij.

E Rat autez daniel cō B
uiua regis: et hono
ratus ſup oēs ami-
cos eiꝰ. Erat quoq;
idolū apud babylo-
nios nomine bel: et
impendebant̄ in eo
p dies ſingulos ſimile artabe duo
decim:⁊ oues quadraginta:viniq;
amphoꝛe ſex. Rex quoq; colebat
eū:⁊ ibat per ſingulos dies adoꝛa
re eū. Poꝛro daniel adoꝛabat deū
ſuuz. Dixitq; ei rex. Quare nō ado
ras bel? Qui reſpōdēs ait ei. Quia
non colo idola manu facta:ſed vi
uentē deū q̄ creauit celū ⁊ terram:
et habet poteſtatez omnis carnis.
Et dixit rex ad eū. Non videt̄ tibi
eſſe bel viuens deus? An nō vides
quāta comedat ⁊ bibat quotidie?
Et ait daniel arridens. Ne erres B
rex. Iſte eſt em̄ itriſecꝰ luteꝰ:foꝛin Eccl.
secꝰ ereus:neq; comedit aliquan- 30.e.
do. Et iratus rex vocauit ſacerdo xxij.q.
tes eiꝰ:⁊ ait eis. Niſi dixeritis mi ij.c.vte
hi:q̄s eſt iſte q̄ comedat impenſas lem.
has:moꝛiemini. Si aūt oſtenderi xxiij.
tis qm̄ Bel comedat hec: moꝛiet̄ q.v.c.
Daniel:qꝛ blaſphemauit in Bel. ſi pꝛo-
Et dixit Daniel regi. Fiat iuxta v̄ pteres
bum tuū. Erāt aūt ſacerdotes Bel
ſeptuaginta:exceptis vxoꝛibus et
paruulis et filijs. Et venit rex cuz
daniele in tēplum Belis. Et dixe-
runt ſacerdotes belis. Ecce nos
egrediemur foꝛas: et tu rex pone

eſcas et vinū miſce:ꝛ claude oſtiū
et ſigna anulo tuo. Et cum ingreſ
E ſus fueris mane: niſi iueneris om
Als ✝ non hꝫ nia comeſta a Bel: ✝ morte morie
morti- mur: vel Daniel qui mentitus eſt
aduerſum nos. ✝ Confidebāt au
Als ✝ tem quia fecerant ſub menſa ab-
cōten- conditum introitū: et per illum in
nebāt. grediebantur ſemper ꝛ deuorabāt
ea. Factum eſt igitur poſtꝙ egreſſi
ſunt illi: ꝛ rex poſuit cibos añ bel:
ꝓcepit daniel pueris ſuis ꝛ attule
rūt cinerem ꝛ cribrauit ꝑ totuz tē-
plum corā rege. Et egreſſi clauſe-
runt oſtiū: ꝛ ſignātes anulo regis:
abierunt. Sacerdotes aūt ingreſſi
ſunt nocte iuxta cōſuetudinē ſuā:
ꝛ vxores ꝛ filij eoꝝ: ꝛ comederunt
D omnia ꝛ biberūt. Surrexit aūt rex
primo diluculo: ꝛ daniel cum eo: ꝛ
ait rex. Salua ne ſunt ſignacula
daniel. Qui reſpondit. Salua rex.
Statimq; cū aperuiſſet oſtium: in
tuitus rex menſaz exclamauit vo-
ce magna. Magnꝰ es bel: ꝛ nō eſt
apud te dolꝰ qſꝙ. Et riſit daniel.
Et tenuit regē ne ingrederet̃ itro:
ꝛ dixit. Ecce paulmētum: animad
uerte cuiꝰ veſtigia ſunt hec. Et di-
xit rex. Uideo veſtigia virorum et
mulierū ꝛ infantiuz. Et iratus eſt
rex. Tūc apꝓhēdit rex ſacerdotes
et vxores et filios eoꝝ: ꝛ oſtēderūt
ei abſcōdita oſtiola: ꝑ q̄ ingredie-
banẗ et cōſumebāt que erāt ſuper
menſaz. Occidit ergo illos rex et
tradidit bel in ptātē danielis: qui
E ſubuertit eū ꝛ templū eiꝰ. Et erat
draco magnus in loco illo: ꝛ cole-
bant eū babylonij. Et dixit rex da
nieli. Ecce nūc nō potes dicere: qꝛ
iſte non ſit deꝰ viuens. Adora ergo
eū. Dixitq; daniel regi. Dñm deuz
meū adoro: qꝛ ipſe eſt deus viuēs.
Jſte aūt nō eſt deus viuēs. Tu aūt
rex da mihi ptātē ꝛ interficiā dra-
conem abſq; gladio ꝛ fuſte. Et ait
rex. Do tibi. Tulit ergo daniel pi-
cē ꝛ adipē ꝛ pilos: ꝛ coxit pariter:
fecitq; maſſas ꝛ dedit in os draco-
nis. Et dirupꝰ eſt draco. Et dixit
Daniel. Ecce quem colebatis. Qd
cū audiſſent babylonij: indignati
ſunt vehemēter: et congregati ad-
uerſum regē dixerūt. Judeꝰ factus
eſt rex. Bel deſtruxit: draconē iter-
fecit: et ſacerdotes occidit. Et di-
xerūt cuz veniſſent ad regē. Trade
nobis danielē: alioqn īterficiemꝰ
te ꝛ domū tuā. Uidit ergo rex ꝙ ir f
ruerēt in eū vehemēter: ꝛ neceſſita
te cōpulſus tradidit eis danielez.
Qui miſerunt eū in lacū leonuz: et
erat ibi diebus ſex. Porro in lacu s. 6. c.
erant leones ſeptē: ꝛ dabantur eis
duo corpora quotidie et due oues
et tūc nō data ſunt eis vt deuora-
rent danielem. Erat autē abacuch
ꝓpheta i iudea: ꝛ ipſe coxerat pul
mētū et itriuerat panes in alueo-
lo: et ibat in cāpū vt ferret meſſori
bus. Dixitq; angelus dñi ad aba-
cuch. Fer prandiuz quod habes in
babylonē danieli: q̄ eſt in lacu leo
nū. Et dixit abacuch. Dñe: babylo
nem non vidi: et lacum neſcio. Et G
apprehendit eū angelus dñi in ver
tice eiꝰ: ꝛ portauit eū capillo capi
tis ſui: poſuitq; eū in babylonem
ſup lacum in impetu ſpūs ſui. Et
clamauit abacuh dicēs. Daniel ſer
ue dei: tolle prandiū qd miſit tibi
deꝰ. Et ait daniel. Recordatus es
mei deꝰ: ꝛ nō dereliq̄ſti diligentes
te. Surgēſq; Daniel cōedit. Por-
ro angelus dñi reſtituit abacuch
confeſtim in loco ſuo. Uenit ergo
rex die ſeptimo vt lugeret danielē
et venit ad lacū et introſpexit. Et
ecce daniel ſedens in medio leo-
num. Et exclamauit voce magna
rex dicēs. Magnꝰ es dñe deus da
nielis. Et extraxit eum ✝ de lacu Als ✝ non hꝫ
leonum. Porro illos qui perditio ō lacu
nis eiꝰ cauſa fuerāt: intromiſit ✝ leonū
in lacū: ꝛ deuorati ſunt in momen Als ✝
to coram eo. non hꝫ in lacū

¶ Explicit daniel propheta.

¶ Jncipit ꝓlogus in librum duodecim prophetarum.

NOn idē ordo ē duo-
deciz ꝓphetaꝝ apd
hebreos: q̄ eſt apud
nos. Unde ḟzid qd
ibi legiẗ: hic quoq;
diſpoſiti ſunt. Oſee
comaticꝰ eſt: ꝛ qua
ſi ꝑ ſnias loqns. Johel planꝰ i prin
cipijs: in fine obſcurior: et vſq; ad
malachiā habēt ſinguli ꝓprietā-